D·FRANCISCI ZOANNETTI BONONIENSIS IURISCONSULTI CLARISS·


Restitutionum ad libros. L. digestorum Lib. singularis.

Commentariolus ad celebrem. l. ædita. C. de ædendo.

Commentariolus ad. l. primam. ff. sol. matr.

Responsorum. Liber vnus.

CVM SVMMARIIS SVIS.



QVAE IN HOC LIBRO SVNT RESTITV-TAE DIGESTORVM LEGES, HIC ADSCRIBVNTVR.

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISS. ET SACROSANCTO PATRI
RODVL. PIO. SS. ROM. ECCL. CARDINALI DIGNISS. CARPORVMQVE PRINCIPI OPTIMO, VNIVERSÆ MARCHIÆ DE LATERE LEGATO FRANCISCVS ZOANNETTVS IVRECONSVLTVS. S. P. D.



TSI *nostra hæc legalis disciplina plurimorum opinionibus labefacta, Illu-
strissime Princeps, ab quindecim optimis illis legum professoribus & accu-
rate, & prospere, hortatu imperioq; Cæsaris nitori suo diuinitus fuerit resti-
tuta, vt deinceps neq; verbosis commentarys, neq; vulgari interpræte quos-
piam ei admodum fieret opus, quod ne fiat iussit, idemq; Cæsar constitutione
sua prohibuit, Longæua tamen interpretandi consuetudine ab Hyrnerio cæ-
pta, mox per quamplurimos inolita totum iuris ciuilis corpus iterum anceps,
nimisq; inemendatum tempestate hac nostra vndiq; circunferri cernimus, Iti-
demq; ante nos viderunt Guiglielmus Budæus in suis adnotationibus nonnul-
las ad candorem pristinum restituens leges, literis homo multis præditus, qui plurima atq; varia scientia
fuit, Andreas Alciatus praeceptor meus Illustris, qui in Dispunctionibus, et item in Paradoxis plerasq; oms-
sas, corruptasue in iure ciuili leges nedum latino, sed græco etiam Idiomate, cuius vtriusq; est peritissimus,
haud mediocri cum profectu illustratas nobis reddidit: Deniq; Vdalricus Zasius non ignobili facundia
vir, qui & ipse ætate senili iam adfectus frugi apprime in opere corrigendi errata huiusmodi sese præbuit:
Postq; hos vniuersos omnes inter profitendum Nos æque alias permultas in libris Digestorum quinquagin-
ta introspicientes leges, quas & ipsas commentatores quum in verbis, tum in sensu, erroribus multis infeli-
citer obruissent, non potuimus hoc anno cum à publico profitendi munere ob corporis infaustas ægritudi-
nes vacaremus, quin eas aduersus Accursium & sequiores à nobis primeuæ luci, candoriq; suo restitutas
iri duxerimus. Cumq; hoc qualecumq; opus argumentis appositis, rationibus viuis, & legibus alys, fauen-
tibus Dys, expleuerim, Imperatorum Saueri & Antonini Rescriptum interpretandum recens suscepi, in
cuius dissertatione libellorum æditiones, emendationes, additiones, & mutationes, quonàm ordine fieri de-
beant contra receptas Bartoli & cæterorum opiniones nonnunquam cursim docuimus: Pompony deinde
legem pro dotibus reposcendis ad Mulierum fauorem, antiquioribus sæpe confutatis, summatim enodaui-
mus. Postremus hic labor fuit, vt quæ petentibus clientulis Responsa quandoq; dederim, Rursus perlegi,
nonnulla decerpi, atq; supremam delectis manum iniunxi, & vna cum reliquis in verum Codicem publi-
casq; tabulas referenda censui: Veritus quidem si ferè quamprimum ciuilis pontificyq; iuris professo-
rys insignibus decoratus fui in receptas antiquorum sententias nostra hæc publice æderem, ne inuidis detra-
hendi ansam facile præbuissem, non ignarus quàm sit durum vetusta innouare, nouis auctoritatem, & ob-
scuris lucem dare, aliquandiu his æditionibus abstinere decreueram. Verumenimuero tua nos freti Doctri-
na, Iuditio, Clementia singulari, atq; Iustitia maxima, qua bonos summe diligis, & malos premiorum exhor-
tatione bonos efficere cupis, propositum id tandem nostrum fregimus, & Nasuti hi omnes, qui & nos sæ-
penumero corã experti sunt, liuore suo torqueãtur, Aurumq; tolosanum (quod in prouerbio est) possideãt:*

Te summum bonum, Summum decus, Rarissimum tempestatis nostræ exemplum, atq; Illustrem Seculi nostri splendorem et lucem, inter omnes delegimus, cui Opusculum hoc (quamuis tenue) dicarem, illiusq; Patronum Te nominarem, subq; Tui fœlicissimo Nomine diuulgarem, nõ vt Maiestate tua id fore dignũ aliqua in parte munus arbitrarer, sed meus qualis in te sit animus, beneuolentiaq; maxima ex re, licet mini ma, cognoscas, Celebris profecto tui præcellentis ingenij præcipuæq; doctrinæ vbiq; gentium adeo fama percrebuit, et prædicatur, ꝙ quæquæ Ipse probaueris, Reliquos omnes probaturos intelligam: Ab ineunte nanq; pueritia tua peripateticæ disciplinæ, omnibus demũ; liberalibus studijs mirifice continuo ductu ope ram semper dedisti, Sic illico profecisti, vt omnium Doctissimus communi disertissimorum sentẽtia habi tus sis, Teq; iterum Apostolicæ sedis Legatum missum Apud Francorum Regem Illum Inclytũ ad Car dinalatus culmen non affectantem, quin potius renitentẽ, Singularis egregia virtus, non etiam fortuna euhe xit: Dignitate demum Cardinali præditus, honestate tua incredibili, sanctitate pura, moribus integerrimus, quàm summis Pontificibus carus fueris, qui ignoret est nemo, Diebus proxime dilapsis Optimus Maxi mus Paulus. III. Pontifex cum Carolo Imperatore. V. alloquia habiturus, Tibi soli in Vrbe Roma vi ces suas proficiscens credidit, Quas ita sancte, prudenter, opportune, sciteq; gessisti, vt omnes mundi Principes in tui admirationem facile traxeris, Quæ animi tui clarissima Instituta quantum me impulerint, vt à cõtemplatione tui oculos deflectere nequeam verbis haudquaquam complecti possem: Sed quid prætere a dicam? Tu paternæ, Tu auitæ gloriæ, Tu Maiorum tuorum splendori egregie Respondes, Patruus ille tibi Albertus quanta virtutum gloria ipse quoq; præstiterit, quam fuerit altus animo, atq; magnificus, plura, quæ dixerit, quæq; fecerit abunde testãtur, Ex quibus duo hæc sunt huiusmodi, ab Erasmo quum mul ta Lutheranæ superstitionis & probata, & in fraudem Orthodoxæ fidei exposita fuissent, permultasq; ca tholicæ fidei prouincias illa obressissent, quàm acutis, quàm proprijs, quàm appositis, ac eruditis confuta tionibus, argumentisue, obseruate, curioseq; Rhoterodamum correxerit, de mendatioq; Luthero conuice rit, diuinum illud Opus, quod in Erasmum conscripsit testimonium haud sanè ignobile perhibet: Amplissi ma dein ad Meteoram Aristotelis Cõmentaria spiritu quodam cælesti ductus mirabiliter cõposuit: Enar rarem hic qua animi magnitudine, qua consilij grauitate, qua singulari prudentia, Apud Iulium Põtificem II. Apud Leonem. X. Apud Clementem. VII. suo tempore calluerit, Et quibus animi sui facundissimis dotibus, qua exuperãti gloria, qua bonarum omnium literarum scientia apud Maximianum Imperatorem, & apud Christianum Regem Inclytum semper floruerit, vt omnium voluntatem atq; amorem prome ruerit: Similimodo Illustrissimi Patris Tui Leonelli Bellatoris quidem strenui, disciplinaq; militari peri tissimi excelsas laudes recẽserem, ni tantorũ immortalis gloriæ Patrum epistolaris breuitas incapax foret. Operæpretium igitur facere visus sum si modo lucubratiunculas hasce nostras, meq; ipsum tali genere pro gnato addictum dedam, Nostratiaq; isthæc sub tuo patrocinio collocem, Simulq; tuo commendem, quæ quum in iure ciuili magna ex parte contra Maiores nostros instituerim, atq; multorum subitura sint iudi cium, Potentissimi Principis tutelam nimirum exposcunt. Qualiacunq; nostra hæc sunt, benigne quum su sceperis, peculiariq; tua clementia tractaueris, curam forsitan nostram in iure ciuili & canonico differendi maiora conuertes. Viue diu & Vale fœlicissime Pater.

Cal. Octobris. M D XLII.

FRANCISCI ZOANNETTI

BONONIENSIS IVRISCONSVLTI CLARISS.

RESTITVTIONVM AD LIB. L. ſtorum. Liber Singularis.

Procemium.



N LIBROS Iuris ciuilis digeſtorum quinquaginta quo tempore Illuſtres præceptores noſtros in celebratiſſimis patriæ gymnaſiis profitentes obſeruabamus, veritatis habendæ magis cupiditas quædam omne ſtudium diligens noſtrum impulit, vt quid Paulus, quid Scæuola, quid Pōponius, quid itē Vlpianus, atq; id genus Reliqui de iure Romano diſſeruerint, intermiſsis Bartolo, Baldo, Alexandro, cæteriſq; cōmentatoribus, & fidelius & probabilius nobis compertum fieret, qui nos bienio hic labor tenuit, tandem pluſcula inibi eoꝝ Reſponſa offendimus, quæ indiligenter nimis vel ab Accurſio interpretari, vel ab impreſſoribus excudi videbantur, Nec ſcilicet prius conquieuimus, donec veꝝ id an eſſet certiores efficeremur, Comperimus itaq; ex celſi ingenii dominum meum doctiſsimum Alciatum hæc idem ſæpius & ipſe animaduertiſſe, atq; magnam iuris ciuilis partem iucundiore interpretatione elucidaſſe, Reſtabant tñ & plurimæ leges, quæ illius nempe manum (fateor quidem) efflagitaſſent, ſed cū illas, neq; ab eo, neq; ab altero expolitas reſtitutas ue nōnunq̄ ſine ratione, aliqñ ſine fructu intelligi contemplaremur, eaꝝ partim cum noſtro quodam auctoritate antiquiſsima fideliore codice, in quo nonnullæ, ſunt manu compilatoꝝ iuris ad ſcriptæ leges, contulimus, ſimul atq; nouimus inſigni eas coruptella imprimi, partim etiam ipſarum argumentis & rationibus congruis accurſica ſcholia reprobantes in melius ipſi nos reduximus: collibuitq; quod ſoli hactenus poſſedimus, vniuerſi in omne æuum doctiores fruantur.

L. Centurio de mili. Teſta. Perperam hactenus declaratam. a' nobis, vti debuit, emendatam. Cap. I.



N TRACTATV De militari teſtamento Papinianus ita Reſpondit. Centurio poſthumos hæredes teſtamento ſecūdo inſtituit, neq; ſubſtitutos dedit, quibus non additis ad ſuperius teſtamentum redire teſtatus eſt, cætera quæ ſecūdo teſtamento ſcripſerat eſſe irrita placuit, niſi nominatim ea confirmaſſet ad priorem voluntatem reuerſus. Verba illa, quibus non additis etc. Accurſium ſatis torſerunt, putauit ipſe ad ſubſtitutos referenda, ſicq; caſum legis ex facto fingebat. Miles teſtamenta duo fecerat in fine ſecundi, in quo poſthumi ſcripti ſunt hæredes, dixit ſe ad primum redire et legata in eodē

relicta atque peribunt. Primum hunc intellectum legi alia atq; alia ratione ineptum opinor, statim corrigere se nemo creditur, illico autem se se corripuisset miles, si in testamenti, quod vnico & contextu temporis continuo celebratur, parte suprema. Ad primum se reuerti velle cauisset. Minus id praeterea addico, quia posthumos non instituendo eam (vt aiunt) viam elegisse videretur qua prius rumpitur testamentum, quod fieri non debere Gallus acquilius de posthumis instituendis differens prior introduxit. Alium deniq; nouum exhibuit sensum, q᷑ miles in fine testamenti adiecit si posthumi hæredes non erunt testamentum primum valeat, quod nil aliud q̄ diuinare interpretor. Quandoquidem Papiniani verbis nequaq̄ congruit, Rectius est fideliore exemplari nostro cum peruulgatis collato ad hunc sensum legem transducere, Centurio tabulis secundi testamenti posthumos hæredes scripserat neq; hiisdē quenq̄ substituit, alioqui dubitatio orta nō fuisset. postea verbis huiusmodi cauit, qui bus non æditis ad superius testamentum se redire &c. vtiq; omnia in secūdo testamento fieri irrita non nactis posthumis iureconsultus decreuit, igitur illi absoluti casus, quibus non additis, mendose conscripti, nodum in Syrpo fecerunt, cum nō ædi tis, idest, non nactis posthumis legeñ. fuerit.

Famigeratus. §. Decretalis. l. prime. de Succes. edic. variis obscitus tenebris nunc contra oēs Doctores (vti debuit) expositus, plusculæ & inibi leges nouiter intrepretatæ. Cap. II.



TRACTABATVR In iuris professorum gymnasio, bonorum possesio, quæ ordinaria, & ius tribuens nuncupatur vna vel potius duplex ante legem Constantini latam esse videatur, quidam vnam edictalem solum, quidam duas edictalem atq; decretalem q᷑ causa cognita, & decreto interueniente detur rationibus Argumentis ue pluribus cōcœperunt, Posteriorem tñ sententiam cōmuni doctoꝝ consensu iam diu probatam non dubitatur, & potissime receptam videmus per. l. i. §. decretalis. de succes. edict. At vero per quam reor ne hæc vera non sint, omnesq; iuris disceptatores qui post ciuile ius compilatum fuerunt vt ab Hyrnerio incipiam anabbatarum more (sic aiunt) hoc est clausis oculis ea de re fabulatos crediderim. finge absenti bonorum possessionē cōpetere, quā pro eo amicus petiit, Iudexq; dedit an absens eam deinde repudiabit: vtiq; (si volet) poterit. l. iii. §. acquirere. de bono. posses. Sed in hoc paragraphus Decretalis qui (vt opinantur illi) de bon. possessione. eadem statuit, vehementer reclamat, bonoꝝ nanq; possessionem Iudicis decreto adquisitam respuere non possumus sera tunc est nimis abdicatio, ecce & illud, bonorum possessionem secūdū tabulas prætor non apertis ēt tabulis testamenti concedit. l. 1. §. sufficit. de bono. posses. s͞m tab. non sic quidem concessurus si & decretum & causæ cognitio in ea decernēda adhiberetur, quod alimētorum exemplo comptum omnibus fit, transactiones alimentorum, quæ testamento debentur non alias Diui Marci oratione permissæ sunt q̄ si causa cognita, Iudicisq; decreto celebretur, neq; causa cognosci, neq; decretum interponi absq; inspectione & clara verborum testamenti cognitione poterit. l. de hiis. de transac. pone aliquem bonorum possessionem cōtra tabulas accepisse, cum

deinde

deinde nõ obtinuiſſe, legata & fideicõmiſſa iis debita tabulis amittit.l.ſub cõditione.
§. ei qui. de cõtratab.certe ſi cauſa cognita,decretoq; interpoſito illam accepiſſet,nõ
ſuccumberet poſtea,neq; ius ſolẽniter quęſitũ perderet.d §.decretalis.Pręterea impu
bes,qui ſtatus cõtrouerſiam patit᷑, poſſeſſionẽ bonoꝝ Carbonianam ex decreto cũ
cauſæ cognitiõe vſq; dũ pubes fiat accipit.l.ii.C.de Carb.ędic.l.ſi impubes §.quotiẽs.
ff.e.ordinariã q; nihilominus agnoſcit.l.Carbonianũ.in fi.de Carb.edic.Prętor itaq;
ordinariam decernendo,de ſtatu impuberis cognoſceret iteꝝ,atq; eo modo pręiudi
cium ędicto inferret Carboniano,qđ fateri ridiculũ eſt ſatis:quid itẽ dicam?bon.poſ
ſeſſio ędictalis ſi nõ petatur,non'ne diebus certis quibuſdam finit᷑.l.i §.quibus.de ſuc
ceſ.ædic.decretalis ẽt iis amittit᷑ diebus, infra quos peti potuiſſet.d §.decretalis. hoc
tamẽ ſi cõem illoꝝ ſententiam ſeruaremus impoſſibile foret, qñquidem per lapſum
tpis primo ſemp ędictalis amittitur,& ea finita decretalis petendæ ius nec qdem ſu
peſt, quod oẽs conſentiũt,cũ per ędictalem ad decretalem pueniatur,ideo decretalis
diebus nunq̃ deficeret,ſed ædictalis ſola,nec tutũ eſt dicere ſimul vtranq; finiri,iuriſ
conſultus.n.contrariũ prorſus cauit de vna poſt aliam ſeparatim loquens,& ordo in
tellectus,quẽ iuriſperiti frequẽter obſeruant,talẽ refellit ſenſum,quãobrem doctores
ipſi nodum in ſyrpo quęſierũt,ſibi poſteriſq; oĩbus à linea recta grauem aberrandi an
ſam prębuerunt,errorẽ huiuſmodi ab.l.i §.decretalis pręalleg.auſpicantes. Quid autẽ
ipſe ſuperiore anno rubricam.C.qui admitti.In patrio legens Gymnaſio pbauerim,
qui mea tulerunt ſcripta cornu(vti fertur)pleno cognoſcunt.Nunc tñ §.decretalis.
præalleg.ad quẽ oẽs vti ad principis ſtatuam miſerabiliter decurrunt, exponã,Vlpia
nus iurecõſultus poſt traditam bon.poſſeſſionis materiã ſucceſſorium ſubnectit ędi
ctũ,imprimiſq; edixit bon.poſſeſſionẽ ordinariam repudiatam intelligi,cũ vel repu
dietur expreſſe,vel cũ quis eam ſemel petere noluit,q̃uis poſtulationis dies adhuc nõ
elapſi eſſent: Deniq; præterea qm̃ ſuperius & de Carboniana bon.poſſeſſione, quæ
decreto cã cognita decernit᷑:diſceptatũ erat,decretalis inquit bonoꝝ poſſeſſio, & ſic
Carboniana,an repudiari poſſit videamus,quã diebus finiri nõ ẽt nominatim repu
diari placuit,& hanc decretalem quin Vlpianus Carbonianam ęſtimauerit, quę ſola
decreto & cauſa cognita adquiritur,nihil hęſito: cõſequens præterea eſt,vt de ea quę
furioſo,& ventri nonunq̃ decreto ad Carbonianę vicem cõcedit᷑,ſimul ſenſerit,quiſ
nam iudicii ppenſioris fatendũ duxerit?decretalẽ bonoꝝ poſſeſſionẽ cũ ędictali ean
dẽ eſſe,ſeu effectum ędictalis parere,cũ inter ſe ſe differentiã gerant ſpecificã.d l.i §.q
bus.& i §.decretalis.de ſucceſ.ędic. Nuſq̃ aut dũ primo,aut ſecũdo,& mehercle accu
rate,iuris ciuilis libros oẽs lectitarem,bon.poſſeſſionẽ ordinariam decreto,ſiue cauſa
cognita iudicem decernere oportuiſſe proditum comperii,non aliter in.l.ii §.dies.
quis.or.in bon.poſſeſ.ſerue.in.l.iii §.ſi cauſa cognita. de bon.poſſeſ.& in id genus re
liquis ſentiendũ arbitror.Sunt planè leges multę,quæ prętorẽ certis caſibus decreto
in ſucceſſionibus dandis occurrere iubẽt.l.ventre.de acq.hęredi.quã per Accurſiũ in
cognitam,ab Alciato dño meo libro Parergon.tertio cap.xiiii.q̃ concinè & diuinitus
illuſtratã.pręter id qđ recens agimus,loq plus ſatis manifeſtũ eſt,eandẽ ppè opem.l.
Saluius.de lega.pręſtan.&.l.ſi ex duobus.in fi.de bon.poſ.cõtra tab.pollicent᷑,quę cũ
in caſibus ſubueniãt obmiſſis,ab.l.vẽtre palleg.inter.ptationẽ nõ iniq; capiẽt,Poſſet

obici.l.si § nos itaq;.C de cura.furio.in verbis illis,q̃ antea ex decreto dabat᷑ &c. Nec sanè illā veteres intellexere,quia de bon.possessione loquit᷑, quæ furioso decreto,& causa cognita,ad instar Carbonianæ dabat᷑ olim.l.ii § si quis ex liberis.ad tertul.vt hodię eadē ad similitudinem bon. possessionis ordinariæ cōcedatur sanxit Iustinianus. ordinariā igitur bon.possessionē antea & nunc sine decreto & causæ cognitione dari, simpliciq; nomine ædictalem appellatam defendi posse diximus.

L.Ideoq;. de Carb. edic.aliter declaratā,q̃ per alios hactenus factū sit. Cap. iii.



N Lege.Ideoq;.de carb.edic.Respōsum Iuliano corruptissimū tribuit᷑, ita vt glosatores verbū,acceperat &c.in ea scriptū,ꝑ accipere poterat,improptie,ineptèq; intellexerit,Cuius vulgata verba referre libet, ideoq; si ex prima parte ędicti bono℞ possessionē nō petierit,alias poterit ex sequēti parte ędicti ad exēplū Carboniani accipere bon.possessionem,alias nō poterit. Nā si confestim post patris mortē cōtrouersia ei facta fuerit,an inter liberos bon.possessionē accipere possit,simul ad vtriusq; ędicti causam annus cessisse videbitur, sin vero interposito tpe controuersiā sibi mouere sciuerit,poterit ēt finito tpe intra qđ ex prima parte bon.possessionē acceperat,ex sequenti bon.possessionem petere quā cum acceperit,ꝑpetuo possessor iis actionibus vtet᷑ &c. Nos vero ī primis illa verba,bono. possessionē nō petierit &c. aliter reponimus, vt affirmatiue nō q̃dē negatiue legātur, Itaq; voculā illā,nō &c. delemus,itidē inferius verba, Possessor iis actionibus vtetur &c possessoriis actionibus legēdū putamus,& sensus erit,cū impubes bon.possessionē ordinariā petierit,cōtingere pōt vt Carbonianā aliq̃ñ petere nō possit qđ ve℞ est, si cōfestim mortuo patre q̃stio status mouebat᷑,neq; intra annū talē Carbonianā petiit,neq; postea petere poterit,aliq̃ñ Carbonianā ēt elapso anno postulabit,qđ ita ꝓcedit si patre defuncto nō statim,sed interposito tempore cō trouersia status inferat᷑, poterit completo anno,intra quē ordinariā acceperat,Carbonianā adhuc petere, & hoc Iulianus Respōsum ædidit,quo magis verba legis antecedentis ad finem propè liquerent,quibus ꝓditū scimus tpa ordinariæ,item Carbonianæ bon.possessionis separatim currere,ergo alias simul,alias separatim,vt diximus,præfata vtriusq; possessionis bon.tempora decurrunt,&possessor ex ędicto Carboniano factus actionibus possessoriis vtetur,hoc est,quibus possessores vti assolent defendetur.

Quod oīum ore fertur,bon.possessionem liberis datam contra legem esse, quodq; item Triphonii super eo Responsum doctoribus incognitum fuerit, à nobis vero optima ratione vtrunq; declaratum. Cap. iiii.

L. quod vulgo,de bon. pos. cōtratab.



V V M Iurisconsultus Triphonius,quod in omnium ore versaretur,liberis bon.possessionem datam contra legem esse, intelligendum si quæ tabulæ testamenti fuerint tempore mortis patris,obseruate dixerit, doctores super ea re non minus varie quam indoctè constituerunt,opinati sunt vulgo indistinctè dici solitū,bo. possessionē cōtra tabulas liberis dari,contra legē est,& Triphonii sententia id esse ve℞ q̃ñ mortis tēpore testamentū nō valuit,tunc cōtra prætoris legem bon.possessio datur,in

tur, in qua sententia iurisconsultum fuisse minus ipse probauerim, nulla Praetoris lex in eum prospexit casum, quo mortis tempore patris nullum est testamentum, proinde contra legem, quae nulla est, fieri non poterit, Rursus exilibus hoc argumentis aliter bifariam declaratum volunt, vt contra legem idest praeter eam, vel contra testatoris voluntatem, quae altera putatur lex, talem bon. possessionem datam dicamus; Moderatius ab hiis nempè factum existimo, si scholia haec sua legi non admonuissent, cōtra eius verba & sensum poenitus edixerūt, Non ab re itaq; erit nostram post illos in publicum diuulgare sententiam, certum est in ore vulgi fuisse, liberis contra tabulas bon. possessionem eatenus contra legem datam videri, quatenus in datione eius illa minus obseruata fuerunt, quae vt obseruentur lex ipsa cauit, veluti q̧ infra legitimum tempus non petita à iudice tamē decreta sit, vtiq; omnes tunc passim dicunt contra legem datam &c. Sed iurisconsultus vulgari dicto ita demum locum fore intellexit, cum testamentum mortis tempore patris valebat, ex eoq; haereditas adiri & secundum tabulas bon. possessio decerni potuerit, & si nihil horum factum sit, econtrario si mortis tempore nullum fuerit patris testamentum, non erit dicto locus, inane atq; temere foret bon. possessiouem contra tabulas, quae nullae sunt, petere, quod. u. dicimus nullum esse, euerti seu rumpi quo nam pacto poterit: l. nam etsi. §. post defectum. de iniust. rup. testa. & hac lege notatum cernimus.

Declarata l. si sic stipulatus de verb. obliga. scriptorumq; non mediocris inibi lapsus. Cap. v.

ET Quoniam Scaeuolae nostri verba insigni corruptela notata legimus, neq; illa doctores intelligunt, nostrum itaq; erit quod Scaeuola pbauit recēsere. Cū sic stipulatus sum, neq; p te, neq; p haeredē tuū vim fieri spōdes: eatenus pluries stipulationē ad interesse cōmitti placuit, quatenus pluries illata vis diceretur, sic fit, vt pmissore ob vim adhibitam cōdemnato, nō minus postea haeres vim & ipse inferens penali interesse coerceatur, huic demū Responso ab Scaeuola obiicit̄ in haec verba, aut si sic volumus factā esse stipulationē neq; p te, neq; p haeredē tuū fieri, vt ad vnā vim primā ptineat si vim fecerit, amplius ex haeredis facto cōmitti non poterit, ergo si actum sit, quasi ex ipsius ui tota sit cōsumpta, qd' nō est verum, caeterum scriptores nō obiectionē istā ad principiū legis esse putant atqn diuersam stipulationē cōceptā fuisse opinant̄, quae huiusmodi est s'm illos, abs te p stipulationē petii, vt neq; p te, neq; p haeredē tuū vis mihi fiat, deniq; cautū fuit, semel stipulatione cōmissa amplius agi nō posse, Ad primāq; vim solū ptineat haec stipulatio, Nec parum hii pfecto errasse vident̄, dicendū nāq; eēt (si & ipsorum dicta obseruemus) iurecōsultū ridiculā et festinā magis q̄ dubiā q̄stionē tali in loco pposuisse, oibus. n. satis manifestū est, à cōtrahētibus legē stipulationē accipere nihilq; p̄ter cōuēta extrinsecus admittere, Quāobrē si inter stipulandū pacti sumus stipulatione, semel cōmissa amplius nō agi, nemini & scaeuole nunq̄ dubiū fuit qn talis valeret stipulatio. Rursus supremis illis verbis respōsi, qd' nō est pbandū &c. addūt nisi actū sit &c. & tūc pbandū erit (vt ipsi aiūt) quae subauditio textū hūc oio violat, neq;

huiusce dispositioni legis cōgruit.à nobis Igit̃ hæc legis pars secus & declarat̃ & legit̃, Dubitatū fuit stipulatio,neq; p te neq; p hæredē tuū vim fieri &c. ad primā ne vim ꝓmittentis dūtaxat,an ad vtranq; ꝓmissoris & hæredis referenda sit,vt quotiens vis fiat,totiens in stipulationē comitat̃,tam & si alioqui ꝓbatū sit stipulationē ad interes se semel cōmissā non reuiuiscere.l.cū quærebatur.Iudica.solui.attamen cum & hæredis & promissoris factū, quod sæpius renouari potest, ꝓposita stipulatio capiat,Scæuola tradit ex promissoris vi prima stipulationem minime peremptam, ideq; legis lator respondit,quod ab inconuenienti arguendo verū esse demostrat, aut si sic volumus,inquit ipse, factam esse stipulationē &c.inseruntur hic verba,neq; per te neq; per hæredem tuum fieri &c.quæ verba Scæuolæ non sunt sed glosatoris cuiuspiam, & proprium legis intellectum diripiunt,ideo fidelis codex ea nec retulit,vt ad vnam vim primam stipulatio pertineat, si vim fecerit amplius ex hæredis facto cōmitti nō poterit, sensus est,si diceremus tali stipulatione primam vim solam cōplecti vimq; promissor intulerit,ex vi postea hæredis non posset stipulatio cōmitti,ergo si aduersus promissorem fuerit actum propter ipsius vim stipulatio tota esset consumpta, quod verūtamen falsum esse iureconsultus animaduertit.

L.tit. si men. fal. mo. dixerit.in integrum restituta,& alio modo q̄ interpretes fecerint ęnodata. Cap. vi.



MENDOSA Circumfertur. l. si mensor. tit. si mensor falsum modum dixerit. vulgatiores namq; codices eam adhunc modum scriptam referunt,si non falsum modum renuntiauerit mensor sed thraxerit renunciationem & ob hoc euenerit, vt venditor liberetur, qui asignaturum se modum intra certum diem promisserit,hæc actio directa vel vtilis locum non habet,dabitur ergo de dolo malo actio &c. Promisserat venditor infra certum diem, qua dilapsa amplius teneri nolebat,modum venditi agri asignare si modo mensorem adhibuisset emptor: Idcirco per agrimensorem contracta mora venditor pactitia illa conditione est absolutus,emptori vero in agrimensorem doli mali actione succurrendum erit. Huiusmodi ordine superioris etatis scriptores sancita hæc q̄ plura legi adēddo & supplendo extricauerūt,quibus cū in præsenti si nostra conspexissent volumina,decertandum minime foret,pro liberetur,lęderetur eleganter atque pēsiculatæ ipsi legissent,eiusdemq; verbi sono literis'ue cōmutatis cōtrarium potius legem iubere negauerit nemo, venditor itaque infra tempus quoddā asignaturꝰ se promercalis fundi modum spoponderat ementi,exacto tempore præstituto,neq; ꝓmissa expleuerit, si hoc mensoris pfidia eueniret,idem venditor lęderetur,vt emptoris interesse saltem præstaret,si penali cautione alias cautum nō fuisset, nō immerito aduersus mensorem tunc iureconsultus de dolo actionem venditori concedendam putauit, diiudicauerunt cōmentatores,liberetur esse legendum propter legem. qui fundū.de cōtrahen.emp.quæ nostræ legi quodāmodo(vt hii aiūt)agnata vel similis videtur,quorum est sententia inops admodum & ieiuna si huius & illius Responsa censore iusto perpendantur.

Instaurata duo Marcelli Responsa, quæ vulgo paragraphi dicuntur, lubrico doctorum omnium lapsu haud hactenus intellecta. Cap. vii.



ARCELLVS Quoq; in tit. de lega.iii.l. legatis.duo hæc Respõsa inter cætera conscripsit, quæ vt in cõmuni sunt enarrare opere precium esse non arbitrarer, nisi de diuidendis, atq; declarandis illis quæ paragraphi vocantur, a doctoribus per q̃ erratum animaduerterem, si ex officio quis ad artificium trãsierit, quidã recte putant legatum extingui quia officium artificio mutatur, non idem è contrario cum lecticarius, cocus postea factus est, Demum alter subsequit paragraphus, si vnus seruus plura artificia sciat, & alii coci legati fuerint, alii textores, alii lecticarii &c. glosatoribus dubitatio oriebatur in illis verbis, non idem è contrario cum lecticarius, cocus postea factus &c. Siquidem lectitarius artifex censetur, & cocus æque artifex estimetur. l. si qd. §. fi. de edili. edic. & id voluit hic Marcellus in secundo paragropho, non videnť verba ista conuenire antecedenti dicto, debuerat, hii aiunt, exemplum poni de artifice seruo ad officiũ trãslato, non de artifice vno ad artificẽ alium recta fiet illatio, qua de re autumãt tali loco lecticarium artificem, cocum vero officialem esse, maxime si de vulgari & ignobili coco intelligamus, quorum interpretatio legis sensum probe cõponeret si verbi significatus hoc pateretur, cocũ cuiusmodi nobilioris aut inferioris præstantiæ artificio, non officio vti eleganter probatur. d. l. siquid. in fi. de. edili. edic. & iurisconsultus hic apertius explicat inter artificia etiã cocũ principaliter adnumerans, licet doctores Marcellum tunc minus proprie loquí asseuerent, quod profecto probabilem in se rationem non continet. Quare haud secus q̃ in nostro familiari codice hos paragraphos legendos ac diuidendos existimo, Finis nãq; primi, secundi principiũ erit, & verbis illis, nõ idem è contrrio &c. omnino prior paragraphus claudiť tur, post deinde alterius subsequitur exordium, cũ lecticarius cocus postea factus est, Sicq; vnus seruus plura artificia sciat &c. & omnes Ioannis, Rogerii, Azzonis, Accursii, & aliorum super hiis contentiones vanæ delentur.

§. Sex mensium. l. is cui. vt in pos. legat. vnius voculæ abundantia labefactus diu Accursium fatigauit, nunc facilis est redditus. Cap. viii.



VGVSTI Imperatoris Antonini explicat Vlpianus hiis verbis Rescriptum: sex autem mensium puto continuum tempus non possessionum computandum: non me latet quantum nugarum Accursius hac in re infarserit, qui possessionũ, pro bon. possessione, aut pro tempore, quo legatarius in possessione rerum hæredis fuit, vel alias iniq; admodum intellexit. Quãobrem in melius legem reformatam iri nupertime volumus, sciendum est enim cum dubitatur hæreditas ne adita sit, aut aditam esse certum fuerit, ni legatariis satisdetur seruandi legati causa in possessionem hæreditatis mittuntur, certisq; ex causis præterea in hæredis propria bona legatarios mittẽdos Antoninus Augustus ad hãc propè formam rescripsit, si hæres iudicialiter interpellatus sex men

ses legatario satisfacere protraxerit,possessionis missionem in propriis bonis patiatur &c. Sub inferius declarans iurisconsultus illud sex mensium tempus,inquit,non sessionum tempus sed continuum computandum arbitror, sic in semestri tempore nõ dies sessionum,quibus pro tribunali Iudex sedit,cum omnes dies quibus etiam non sedet erunt cõnumerandi,sermone consimili vtitur in.l.ii. § dies, quis ord. in bon. pos.ser. & nos in exemplaribus nostris sic scriptum probamus, Accursii errata nimirum diluentes.

Elucidatio Paragraphi singularis in.l.i.§. ab eo. quis et à quo appelletur. Quem doctores variæ interpretati nunquam intellexerunt. Cap. ix.



ISSERENS Vulpianus iurecõsultus quis & à quo appelletur,Responsum quoddam dictu facillimum,atq; visu obuium proponit,quod nemo plane inspexit qui se illud nõ intelligere putet,sed profecto aliud est aliud dicitur. frequenti magis assensu Doctores addicunt Iurecõsultum censuisse,appellationem causæ per eũ subdelegatæ, cui vniuersitas causarũ ab ordinario fuerat demandata,ordinarium,nõ delegatum suscepturum, excipiũtq; ipsi ab iuris clarissimis regulis quibus delegatum causam non delegare proditum est, ad vniuersitatem causarum delegatum solam causam sub delegare posse,quod à ratione & veritate longe auersum reor,ob id etenim non subdelegat delegatus, quia nõ sua sed aliena vtitur iurisdictione.l.more.cum sequenti.de iurisdic.omn. iud. quæ ratio non minus vnam causam q̃ totas vniuersasq; subdelegandas vetat,eaq; ipsa ratio & qui vniuersitatem,& qui causam tantum delegatam habet pariter obstat,Cinus vero & Bart.de appellatione ab vicario ad supremum iudicem non ad delegantem facienda Vlpianum decreuisse opinantur, Quorum intellectus cum antelato ineptus,atq; nimium diuinatorius est, Idcirco sic post illos omnes habe, initio eiusdem primæ legis quis appelletur constitutum esse, & primæ rubricæ parti satisfactum,a quo deinde appellandum sit in §. explicatur nostro,secundaq; tum Rubricæ pars elucidatur,finge præfectum vrbis,vel prætorio causas delegasse, Vnam ex hiis postea, aut omnes præfectum ipsum terminasse, quod facere non prohibetur .l. iudicium de iudici.l.solet. de iurisdic. omni. iudic. appellatione interposita quærebatur, num ad delegatum appellationis cognitio pertineret, ad eam enim causam datus erat delegatus,at secus decretum est tum q̃ ab eo cui iurisdictio fuit commissa is qui mãdauit generaliter prouocatur, tamẽ si delegatus appellaretur inconueniens esset, nam & ab eo qui iurisdictionem mandauit & appellationem susciperet, huiusce etiam paragraphi figuratio in proconsule atq; proconsulis legato recte fiet, cũ oẽm proconsul causæ cognitionem,præter diffinitiuã,legato demandat.l.solent. de offi. proconsl.& leg. vt à pro consulis sententia ad legatum appellandum non sit, verba legis in antiquissimo codice nostro hiis notata punctis comperii,ab eo,cui quis mandauit iurisdictionem(non ipsæ) prouocabitur,nam & generaliter is erit prouocãdus ab eo,cui mandata est iurisdictio, qui ꝓuocaretur ab eo,q mãdauit iurisdictionẽ &c.

Imprimis

Imprimis interposita verba illa (non ipse &c.) ad delegatum referimus, vt non ipse, sed ab eo prouocetur, illa postea qui prouocaretur ab eo &c. sunt extra casum legis, quibus iureconsultus dictum suum ab inconuenienti arguendo verum esse demonstrat, porrò iniustum, indecensq; foret, q; delegatus appelletur ab eo, qui iurisdictionem mandauit, nam fieret, a maiore ad minorem appellatio, cum ius, atq; ratio contrarium penitus dictet. l.i § si quis in appellatione. de appellatio.

Declarata duo et Iustiniani Imperatoris, & Vlpiani Iurisconsulti Responsa, quæ a' doctoribus parum æque intelliguntur, Vlpianiq; verba corrupta insuper restituta. Cap. x.



RROBORAVIT inscita, atq; oppido inops expositoris sententia, tutelam auctoritate munus reipublicæ esse, non tñ prouinciale, vti munera sunt, quæ publica & auctoritate & vtilitate in prouinciis aguntur. quid profecto ille, quidq; iureconsultus hae de re æstimauerit, nec sat illi compertum fuit, q; tutela censeatur auctoritate munus reipublicæ, omnibus id falsum esse obuium est. l ii §. sed etsi filius. ad muni. & lex nostra hoc denegat manifeste: innouarunt præterea Iustiniani cõstitutionem instit. de exeu. tuto in princi. quæ longe minus illorum opinionem affirmat, vt nos paulo inferius ostendemus. Nec addico munera in prouinciis auctoritate, vtilitateq; publica, nuncupari prouincialia, tale quidem verbum, nec prouinciale videt &c. in lege scriptum interpretibus ab errandi causam, à vero præstitit, nusq̃ apud ius ciuile de prouinciali munere cõscriptum memini, iccirco verbum huiusmodi quo velint modo vulgatiores libri impressum referant, probabilius noster vetustus codex prouinciale delendum, & patrimoniale inscribendum putauit. Quare ne studiosis deinceps Vlpiani Responsum incognitum fiat, præmonitis quibusdam rem instructiorem agemus. Sunt munera quæ nos ciuilia appellamus, idest publica, tantum enim vox ista, ciuilia munera &c. quantum illa, publica munera &c. In iure præstat. l. munerum § hæc omnia. de mune. & honor. l. fœminæ. de regu. iur. & publica vocantur, cum ex populo cuilibet plerũq; tribuantur, quod publicorum iudiciorũ exẽplo adnotamus Insti. de pub. iud. in prin. i quibus publicis muneribus multi gradus, atq; munerum species enumerantur, consistunt pleraq; circa vsum & reipublicæ administrationem, quãdo quis in legationem causa reipub. mittitur, decurio, aut defensor, vel syndicus ciuitatis eligitur. l. i. l. munerum § legati. & sequenti. de muner. & rei. publicæ munus tũc dicitur. d. l. ii. ad municip. quod & nihilominus publicum munus vocari poterit. l. honor § munus. de mune. Alia deniq; extant, quæ simpliciter ciuilium, vel publicorum munerum nomina habent, inter quæ tutela ipsa, item cura adscribitur. Instit. de excus. tuto. in prin. l. i. § æque. de muner. Rursus omnia hæc trifariã diuiduntur, aut personalia mere, aut patrimoniorum, aut mixta, tam personarum q̃ patrimoniorum munera subimus, quod ex Arcadii distinctione deprehenditur. d. l. munerum. de muner. iis obiter discretis Vlpiani lex haud quidem sinuosa percunctanti erit, tutela non est reipublicæ munus, ipse inquit, nec quo ad impensam perti-

L. athletæ § i. de excu. tuto.

tinet,quid Vlpianus per hæc verba censuerit,sic interpretor,primũ ostendit tutelam non esse reipublicæ munus scilicet personale,quod verũ est & proxime secutus sum d l.ii.ad municip.neq; respub.munus est quo ad impensam pertinet,idest patrimoniale.Itaq; non erit respub.munus personale,neq; patrimoniale tutelam gerere, sed ciuile solum,non etiam patrimoniale id munus videtur &c. Verborum istiusmodi hic sensus percipitur,tutela nullo casu reipub. munus est,siue de patrimoniali,siue de personali reipublicæ munere quæratur,est tñ ciuile, seu publicum munus, quamuis non patrimoniale.superest igitur vt dicamus ciuile,idest publicum, & personale tantum tutelam iudicari ab partiũ dinumeratione argumento sumpto, quod est apud nos firmum,eamq; Argumenti rationem hoc in loco iureconsultum obseruasse atte stor. Certum porro ex nostris restitutionibus fiet Imperatorem. Institu.de excus. tut. in prin.non munus reipub.tutelam credidisse,cum munus publicum eam dũtaxat æstimauerit.Minus atq; Accursii probatur opinio,qui munus reipub.& munus publicum pro eodem ab iureconsulto & imperatore inibi positum ratus est.

Qui collusione facta nomen alterius corrasit suum inscribens, viaticum recte petere Doctores nostri assentiunt, quod vero non esse proba lectione inspecta animaduerti. Cap. xi.

L. Titio. admuni ti.


VPER adeo legi,in libro digestorũ quinquagesimo Hærenii Modestini responsum,quod cuiusmodi sit glosatoribus,Bartolo,atq; cæteris nõ liquere compertũ est.Lucium illum,qui & collusionis particeps cũ nuntio fuerat,posse viaticũ ab nũtio ipso petere cõcedunt, tãetsi deinde Lucius in factũ actione obnoxius Titio sit, hos ego scribẽtiũ apologos cũ singulares nimis, nudosq; displicerẽ,tum quia multa contra iuris regulas continerent,diu insontes iudicare nequiui,siquidem nuntius cum Lucio æque deliquit.possidentis nuntii meliorẽ causam quis denegabit?l.ii.ne quis.eum.qui.in ius.voc. vi.exim.l.cum par delictum. de regu.iur.idem igitur Lucius viaticum ab nuntio non poterit consequi:in id præterea incideremus,quod legumlatores omnes perosi sunt, ex proprio quempiam delicto emolumentum,actionem'ue quærere posse. Huiusce tamẽ præsagus Bartolus, actionem non ex collusione, sed ex decreti oblatiõe Imperatori facta ortam putauit, quoniam decreti oblatio fraude caruit,quod profecto merum ægrotantis somnium est,ipse.n.decretum offerens,cum de hoc alius rogaretur,magistratibus fraudem fecit.l.fraus.de legibus.Quamobrem aberratio istorum ab legis impressione corrupta originem sumpsit:obseruate magis in veris tabulis legendam offendi , cuius verba sunt hæc:Titio cum esset Romę studiorum gratia,epistola missa est à magistratibus patrię suæ vt porrigeret Imperatori decretum eiusdem ciuitatis,quod erat cum ipsa epistola missum,Is autem qui suscepisset literas restituendas,collusione facta, dedit Lucio qui & ipse Romæ morabatur suæ rei gratia,sublato Titii nomine,cui erat decretum missum,vt per ipsum daretur, suum nomen inscripsit, & sic Imperatori decretum secundum mandata reipublicæ dedit,quæro quis viaticum ab ea petere potuisset,& quid cõmisisse videtur is,qui non restituit literas ei, cui restituere mandatũ

susceperat,


susceperat, & is, qui sublato alieno nomine inscriptoq; suo quasi ipse iussus à patria Imperatori decretum porrexit ? Herenius Modestinus respondit, Titium quidem viaticum petere non posse neq; eum, qui nomen indidisset &c. Neuter itaq; eorum tum ob colusionem adhibitam, tum quia alter mandatum uti impositum fuerat, nō ipse expleuerat, rempublicam pro viatico conueniet &c. Herennium de pluribus interrogatum, licet solam dubitationem absoluisse scriptum sit, id tamē compulsatorū facto accidisse constat, qui de re alioquin decisa legem sæpius non tulerunt.

Nouo intellectu declarata. l. itaq; fullo § sed & si res. tit. de furtis. Verba q in ea peruersa nunc iuste reposita. Cap. xii.



N. TITVLO. De furtis haud secus verba huiusmodi haberi solent: sed & si res pignori data sit, creditori quoq; damus furti actionem, quamuis in bonis eius res non sit, quinimmo non solum aduersus extraneum ei dabimus, verum etiam contra ipsum quoq; dominū furti actionem dabimus, & ita Iulianus scribit, nec non & ipsi dño dari placet, & sic fit, vt nō teneatur furti & agat &c. hæc verba à nobis aliter versa sunt: & sic fit vt idē teneat furti & agat &c. vt sit sensus, cū dñs rem datam pignori furtim abstulit, ipsi deniq; domino extraneus sit eam furatus, creditor aduersus dominum, & dominus cōtra extraneum furti agat. Lectioni nostræ non est absimilis. l. qui vas § si ego. eo. tit. quibus iuribus nonnunquam furti actionem competere declaratur, atq; iis. l. eum qui. in § is autem. in § Iulianus. & d. l. itaq; fulo. in principio. eo tit. perpendi debent, huiusce legis ad hūc restitutæ modum ratio dist nctionem Bartholi in præalleg § si ego. l. qui vas. non sane abhorret, pridem tamen ante nos à vero late disentiebat, nulla porro dubitationis causa in lege reperiebatur, quis dubitarit dominum furti non teneri, quando non ipse, sed extraneus furtum duntaxat commisit ? quis hæc sani indicii fateri non erubescet?

Innumerabiles leges contra omnium sententiam ex integro ad lucem restitutas, quæ de spadone item castrato loquantur. Cap. xiii.



VNT Et Pauli, & Vlpiani sub tit. de liberis, & posthumis, ad hanc sententiam leges constitutæ, Spado hæredem posthumum recte instituit, castratus non sic, quia natura magis in homine generandi & consuetudo spectatur q̃ aliud impedimentum, quo à generandi facultate quisquam remoueatur: hæ leges ab omnibus, qui apud ius ciuile ab hinc supra scriptis quid ædiderunt, talem dirimere quæstionem tenaciter putantur, Spado quidam effectus, cui accidentaliter cultro absci sa erant genitalia, consulebat num posthumum hæredem scribere posset, & id respondetur licere, scilicet quando posthumus ante euulsionem testium parentis in vxoris ventre est cōceptus doctores intelligendum asserunt, vel de Spadone qui vnicum habet testicu-

L. sed est quæsitū. l. si qs posthumos. de. lib. & posthu.

lum,cuius ope gignere valuit credendum autumant. Aut nouissime de posthumo adoptiuo,non ita de legittimo & naturali legumlatores sensisse opinantur: Castratum quasi castenatum esse aiunt,qui & natalibus suis sterilis fuerit, quæ omnia æruditioribus somnia atq; falsa suggerentibus nobis apparebunt, inferuntq; impedimentũ quod in hoc natura præstat accidentali multo fortius esse , innumerabiles penè leges de castratis,spadonibus ne loquentes eandem ab ipsis patiuntur explanationẽ: Decepti sunt primi glosatores post deinde omnes in ratione legis,videlicet q̃ natura magis generandi in homine &c.Crediderũt ipsi legem de natura & consuetudine spadonis tantum,qui priusq̃ spado esset generabat,non omnium hominũ vniuersaliter loqui. vt hic Paul. castrensis.cum cæteris apertissime narrat,licet aliis & minimis quidem rationibus id postea iuuare conentur , quisnam ad has profecto leges sensus erit?quod de posthumo adoptiuo non de naturali leges istę statuerint , cũ in eisdem quæratur solum vtrum spado , qui non gignit , posthumum , quem non nasciturum certum est,hæredem rectè instituat,& instituere posse receptũ videmus, quia in spadone non coitus impossibilitas,sed hominis duntaxat natura & gignẽdi consuetudo spectatur,sicq; difficultas circa impotentiam coitus , nõ super adoptione versabatur,superioribus aliis in confutandis atq; diluendis opinionibus nec immorabor, sibi ipsis nõ tam diuinatiuæ q̃ falsæ visæ sunt vti Iason hic attestatur:Adducamus ideo aliqua,quibus omnes in nostram post nos decurrant sententiam,Primũ reor castratum in iure dici non qui caste nascitur (sicuti inquiunt illi) sed cui ferro seu instrumento alio genitalia sunt concisa.l.iii.§.qui hominem. & permultas inibi leges.de siccariis.l.si seruus seruum.§ & si puerum.ad.l.acquiliam.l.i.&.ii.C.de Eunuchis.Verum assentior spadonem quandoq; pro castrato nominari.l.iiii §.primo. de sicca.spadonis etenim significatio generalis eos oẽs,qui in coitu pro parte,aut pœnitus deficiunt,siue nascantur,siue post fiant,comprehendit.l.spadonum.de verb.signi. nimirum spado si castratum nõnunq̃ denotet,Enimuero secus in castrato,cuius nomen ei,qui generationis impotens nascitur,minime congruit , quam ob causam in lege cum spado,& castratus memorentur,atq; diuerso censeantur iure , spadonis significationi tanq̃ generi per castrati nomen, vti per speciem, est detractum , itaq; si castratus,cui instrumento aliquo sunt dempti testes,apud iuris prudẽtes intelligitur, manifeste constat spadonem tali in loco non esse,cui ense genitalia erepta fuere,sed solum qui à natiuitate neq; agere,neq; generare potest & coitus omnino est expers, legibus iisdem hoc ipsum nominatim deciditur,si quis nõ improprie earum sensum introspexerit:Præter hæc Iustinianus in.l.in causis.C.de repud.non ne istorum syrpos absoluit?qui caste (vt illi aiunt)natum,idest à principio genitali ad generandum impotentem vxorem ducere posse sanxit , nec ipso iure tale matrimonium nullum censetur cum legittima repudii missio sit necessaria , alias secus fieret.l.si serua §. spadoni.de iur.doti § si aduersus. insti.de nup. explicat id etiam.l.filium.in fi. de his. qui.sunt.sui.vel alie.iur.c.penul. versic. Item manet &c.32.q.vii.c.laudabilem. de frigi.& malefi.cur nempe iura permittunt iis,qui steriles nascuntur,vxores habere iuribus supraleg.castratis vero hoc denegant expresse dicto §.spado.nisi castrati pro castenatis acciperentur?Non obmitto haud nusquam repertum,naturale id in homine

appellari,

appellari, quod in natiuitate, siue ortu homini contingit. l. quæritur § de sterili. de edil. edic. In quo doctorum cœtus non mediocriter hallucinatur, idq; ipsis negocium tale fecit, exponendum nanque fui naturale, idest natiuum, vt quo in natiuitate vitio quisquis afficitur, hæc valetudo natiua iudicetur. Glosa est peregrina in .l. qui cum vno. in prin. de re. mili. & in. l. discretis. C. qui testa. face. pos. Idem. A. Gelius libro noctium atticarum. iiii. cap. ii. retulit, mulier inquit natiua sterilitate adfecta secundum Trebacii sententiam non redhibe ur: Valetudinem huiusmodi genitalem Modestinus vitium corporale vocat. l. Arogato § spado. de adopt. Et nos vehementer probamus, quorsum hic certe sermo tendit? natura quis sterilis est, cum & Aristoteles libro de Anima. ii. Vnumquodq; in specie sibi simile generare naturalissimum esse perhibeat: Hæc profecto inuicem repugnant, q homo natura sterilis estimetur si per naturam viris gignere conceditur § prædictis. in auc. vt liceat. matri. & Auiæ. cum similibus. Quare has. ll. in integrum traducendas hoc modo arbitror, spado, qui ob sui frigiditatem natiuam, vel aliam similem sterilitatem gignere non potest, recte tamen posthumum scribit hæredem, quia naturam & consuetudinem generandi in homine spectamus, homines scilicet consueuerunt & iure quidem naturali gignere filios. l. i § Ius autem naturale. de iusti. & iure. quod ius naturale potentius est, neq; propter sterilitatem, vel frigiditatem natiuam, & sic vitium corporis immutari debet quominus talis ea secundum ius ciuile faciat, quæ ad generandum potens facere permittitur, alioqui diceremus naturale ius mutabile, quod Imperator abnegat § sed naturalia. institu. de iu. natu. sufficit plane in genere hominum id esse possibile q̄uis hoc in vno desit Areti. in § minorem in primo notabili. insti. de adopt. Bart. in. l. quædam. de reb. dub. docto. in. l. si is qui pro emptore. de vsucapi. Et quæ homini fato accidunt nocere non debent. l. quæret aliquis. in fi. de verbo. sign. Idem in sene, qui vetustate adfectus carnalis copulæ vim declinauit, & idem in ægro quem repulit a coitu valetudo probamus, ita quidem leges nostræ declarant, castratum vero, idest cui ense nulla prominente valetudine, sed studio sunt genitalia vulsa ratione alia vetitum reor, in eo nanque est versa natura impotentiaq; eius certa, ac indubitata, & potest aliquando in castratione eius culpa versari. l. iiii. in fi. de sica. l. si merces § culpæ. locati. Hac nostra sententia. l. cum in secundo. in prin. de in ius. rup. testa. declaratur, vt procedat etiam si conditio institutioni apposita iure naturali inspecto existere potuit, tametsi per impotentiam coitus euanuit. Immaginaria igitur antiquorum neoteriorum'ue commentaria ad leges innumeras de castrato & spadone simul tractantes ex albo tollantur, & ita disputationis causa disserebat Zoannettus.

§ Si in locando.l.si stipuler.de verbo.oblig. in stipulationum tractatu persæpe quæsitus. ob voculam in eo carentem, minus rectè intelligebatur, à nobis modo, vt æquum est, repositus. Cap. xiiii.



N PROFESSORVM ciuilis sapientiæ commentariis, ac maxime de stipulationum materia vbi referte disseritur, iureconsulti Pauli sententia ab ipsis sæpenumero petita varios sensus peperisse videtur, cuius verba in eum quo vulgo lectitantur modum subieci, Si in locando, conducendo, vendendo, emendo, ad interrogationem quis non responderit, si tamen consentiatur, in id, quod responsum est, valet, quod actum est, quia hii contractus non tam verbis q̃ consensu confirmantur &c. Accursius & ferme omnes communiter hoc intelligunt, quando ex interuallo promissor non ad omnia interrogata, sed ad partem verbis nominatim respondit, si ab interrogante in id consentiatur contractus valet, verum hæc al lactius probarem, ni rationem Pauli in sententiam diuersam procliuiorem cernerem, quia hii contractus, inquit ipse, non tam verbis q̃ consensu firmantur &c. Responsionem igitur sine verbis fuisse factam ostenditur: præter hæc immaginarius diuinatiusq; est ille intellectus, qui non statim, sed contracta mora consensum, atq; postea responsum fuisse exigit, cum in textu verbum de hoc nullum memoretur, Quidam in Rubrica de Verborum obligationibus ad alium sensum legem hanc trahere argumentis exilibus contendunt, Nos autem nouissime negatiuam Lectioni vulgatæ deficientem restituimus, ibi, in id quod responsum est &c. negatiue responsum non est perlegi oportuit, verbaq; illa, si tamen consentiatur &c. Non ad stipulatorem, vti ante nos alii dixere, quinimmo ad promissorem sunt dirigenda, & omnis eo in loco scribentium disonus intellectus obsolescit.

Verus intellectus ad § Vbi Decretum.de offi. procõsul.præter communẽ aliorum sententiã, & Alciati præceptoris opinione probata. Cap. xv.



VOD vulgo dicitur, quæ cognitionem causæ desiderant, per libellum, id est iudicem delegatum expediri non possunt, idq; probari ex sola Vlpiani sententia in.l.nequicq̃ § Vbi Decretum.de offi procõsul. nostrates omnes confisi sunt, mihi semper nõ solum à iusto deflectere, sed pœnitus legi aduersari videtur, quis nempe iuris interpres dubitarit talem sensum cum his verbis nihil quicq̃ commune habere, Vbi decretum necessarium est per libellum, id expedire procõsul nõ poterit, omnia enim quæcunq; causæ cognitionẽ desiderant per libellũ expediri non possunt &c. Discrepat certe à verbis & ratione legis, alioqui per libellos solum causas delegabiles posse demandari, Item quæ cognitionem causæ desiderant delegari haud quaq̃ posse contra sacrosanctam Imperatoris constitutionem probaremus.l.fi.C.vbi. Et apud quem.l.in causæ § nunc videamus.de minor.si ea, quæ causæ cognitionem desiderant (vti aiunt) delegari non poterunt, quæ igitur mandari posse dicemus? necq;

ea, quæ de plano & sine inquisitione fiũt, delegationem admodum optare videntur. § si institu. de tutel. Quare Proconsul Legatum, quare præses & cæteri d. niq; similes secum minores traherent iudices, ni causas huiusmodi illis quandoq; crederent. Nõ plane difiteor quin & aliqua sint, quæ prorsus mandari prohibentur. l. i. ii. de offi. eius de iis alias ne præpostere agamus: Verba legis illam habent significationem, quotiens Proconsul causa cognita quid probare debet, & negocio suam indere auctoritatem, quod per Decretum fit, subscriptione ad libellos supplices apposita expedire non potest: Nõnulla exempli gratia referemus, Censuit Paulus si pupilli negocia diffusa sint, aut valetudo, dignitas ue tutoris seu qu æq; similis ratio in causa sit, vt tutor bona administrare non quæat infante pupillo, vel absente, actorem prætoris Decreto esse constituendum l. Decreto de admi. tutorum. Itaq; prætor, qui Decretum interponit, omnia hæc prius num vera sint conquiret, cæterum super hoc dato libello sine inquisitione simpliciter non subscribit, d. iis ad libellos subscriptionibus, quæ causa incognita fiunt Alexãder Augustus Iulio Marillo Rescripsit. l. si quis obrepserit. de falsis. Aliud quæstionis nostræ argumentum erit in rebus minorũ distrahendis, quarum venditionem iudex per subscriptionem oblati libelli minime permittit, nisi ea primum doceantur, quibus alienandi necessitas inferatur. Tunc causa cognita solẽniterq; Decreto interposito res venire poterunt. l. minorũ. C. de prædi. & ali. reb. mino. quod & Præceptori meo ingenii præcelentis, atq; scientiæ Alciato placuisse iam diu capite tertio lib. paradoxorum. ii. idem testatus est. æque arbitror quando vigesimo anno minor seruum suum manumittit, qui legitimas manumittendi causas iudici antea manifestabit, quas veras si iudex comperiet Decreto ea in re adhibito manumissio celebratur. l. i. C. de vind. liber. Prædicta per libellum summatim expediri non posse constat: Quamobrẽ huiusce legis sensus proprius, verba non obscura dimissis antecessorum nostrorum gryppis restituta sunt.

Quod Accursius in § prædium. l. prior. de adm. rerum ciuitat. ob prauam legis impressionẽ errauerit: eundẽ nos locũ Restituimus. Cap. xvi.



IN TITVLO de administratione rerũ ciuitatis, Respõsum quoddam impressione neglectũ, ab Accursio minus pbabiliter interpretatũ offendi, prima, in qui., prædii locatio, quo tpe seds curator administrationẽ suscepit, finita p sedi latentẽ cõsensum subsecuta est: Itaq; successor ipse seds, mercedes si ex fructibus haberi nõ poterũt, colonusq; suo tpe reliqua traxisse, reipub teneẽ, pdicta sedm vulgarẽ lectionẽ edixit, sed in his nulla me herclæ dubitatio fuisset, cur seds curator nõ teneaẽ, in ipsius nãq; locatione conuentionẽ exhortã dicendũ foret, Enimuero hçc aliter q̃ nři codices afferãt p legẽ da haud eqdẽ putarẽ Prædiũ publicũ in qnq; annos, Idonea cautione nõ exacta, curator reipub. locauit certis annis colonus si reliqua traxerit, & de fructibus pdii mercedes s. ruari nõ potuerũt à successore, q locauit, tenebiẽ &c. Diuersa est ergo ab Cõmẽtariis Accursii sñia nřa, qui primũ dũtaxat curatorẽ teneri si fructus pro mercede idonei non sint, atq; intra primam locationem reliqua colonũ traxisse credimus.

Voculam male in.l.cognitionum de extraor. cogni. translatam rectum sensum peruertere. Cap. xvii.

DE EXTRAORDINARIIS cognitionibus apud Calistratũ sic legitur, consumitur estimatio quotiens magna capitis diminutio interuenit, idest cum libertas amittitur, veluti cum aqua & igni interdicitur, quæ in persona deportatorum euenit &c. q̃ lex ista ab aliis dissideat, vel potius contraria sit Accursium non latuit, qui certus deportatione libertatem non perimi legem oppido miratus est, quæ vulgo contrariũ prorsus cauere visa est. Nostra autem antiqua lectione hoc aliter reponimus, consumitur vero quotiens magna capitis diminutio interuenit, Idem cum libertas amittitur, veluti cum aqua & igni interdicitur, quæ in persona deportatorum euenit, vel cum plebeius in opus metalli, vel in metallum datur &c. sicq; idem, non vero idest legendum probamus, Primum igitur media capitis diminutione estimationem consummi Calistratus censuit, & idem cum libertas amittitur, hoc & maxima capitis diminutione contingere statuit, vtriusq; diminutionis capitis exempla hiis verbis subiiciens, veluti &c.

Accursium. Bar. Bal. in.l. mandatum. distrahendorum tit. mand ob vnius voculæ peruersionem hallucinatos, Quapropter a' nobis id illustratum. Cap. xviii.

PAPINIANVM Decimo Responsorum libro tradidisse fertur, illum, qui seruos ab procuratore præsumpto emerit, actione publiciana ante vsucapionem finitam contra dominum non vsurum, ob iusti dominii exceptionem re cognita domino eidem tribuendam, in qua sententia Accursium, Bar. atq; Bal. Insuper offendi, quamuis Papiniano hoc ibidem nequaq̃ collibuisse reor. agebatur (ni fallor) apud Papinianum quæstio, Venaliciarius siue mango quidam ab vrbe procul mandauerat Titio, vt seruos suos promercales in vrbe distraheret, Titius suscepto mandato diem functus est, hæredes tamen ipsius errore lapsi, & fide bona negotium huiusmodi expleuerunt, emptoresq; seruorum tit. empti. vsucœperunt eos, ex prouincia Venaliciario in vrbem reuerso seruorum ne petitio competat propter vsucapionem impletam hæsitabatur, Sed Venaliciarium actione publiciana non inutiliter acturum diffiniuit Pomponius. Neq; emptores de dominio quæsito excipere poterunt, quoniam iudex causa cognita illam concedit, verum isto casu denegabit, cum neq; oportet eum, qui certi hominis fidem elegit hæredum imperitia affici damno, quasi minus idoneę rem pertractarũt hæredes, & hoc sanctioni Iustinianæ Responsum concors fiet § Rursus. Instit. de actio. Verũtamen Accursii ineptias referre libet, sic magis restitutio nostra lepidior apparebit: Primum Accursius credidit Venaliciarium esse, qui seruos emerit, cuius oppositum nos ipsi probamus q̃ Venaliciarius sit qui seruos vendidit, aut Venaliciariam artem per se, vel procuratorem exercet. l. præcipiunt. l. iustissime de

me. de edil. edict. De quo nomine Plinius libro. xxi. Plura adduxit: Praeterea seruorum emptores usucapionem non impleuisse, quae opinio nimis certe infamis est, contrarium nominatim lex ipsa dictat, Id Responsum minus docte leguut in illis, verbis publiciana actione non utiliter acturum &c. Cum non in vtiliter omnino legendum sit, quae lectionis incuria, tale illis negotium fecit, Alia & quidem multa falsa addiderunt, quae neq; verbis neq; interpraetationi legis cõgruere hominum cuilibet non ignobilis litteraturae liquaere poterit.

In .l. in suis. de lib. & posth. verbum quoddam aemendari, diuidiq; debere. Cap. xix.



VOD Dici est solitum, viuente patre filium quodammodo censeri dominum, bonorumq; omnium dominii cõtinuationem in persona filii, qui sub potestate patria sit, quemadmodum in patris persona omnino videri, icciico haereditatem olim patris non aliam, (cum filius administrat,) q̃ si pater viueret iudicamus, caeterum Pauli lex vel incuriosę nimis in vulgatis codicibus impressa aeditur: Quid enim verba illa, continuationem dominii eorum perducere &c. significare poterunt, in quibus ipsis declarandis frustra elaborauit Accursius, ob id neq; sensu iusto ex illa intelligitur, atqui nulla potius legis sententia in verbis huiusmodi videtur, Quapropter & nos antiquissimo ex Codice nostro verba aliter reponimus, continuationem dominii eo rem perducere &c. Non igitur eorum &c. sed eo rem, idest ad id rem, de qua iureconsultus sermocinatur, perducere profitemur.

Legem .i. inuitum .de ser. vrb. predio. Accursium non intellexisse: nunc recte percipi si quis haec quoq; scripta legat. Cap. xx.



Reterea q; verbum, inuitum, in lege hac male Accursius intellexit, nõ satis integrum sensum habere lex visa est, in lege aliqua, vel ciuili, aut ędicto forsitam, ipse inquit, ne inuitus quispiam seruitutem cõstituat cauebatur, Quamobrem quo sensu inuitũ ea in lege, seu ędicto Vlpianus iureconsultus hic docuit sed quid profecto illud sit, vt ciuili iure fuerit introductum, ne inuitus quis seruitutem constituat, exploratum minime habemus, non ignoramus iñ iure gentium obligationes ortas esse, quas inuitus subit nemo .l. ex hoc iure. de iust. & iu. l. sicut. C. de act. & obliga. Vanum igitur & futile arbitramur, aut legẽ ciuilem, aut praetoris aedictum de eo quod antea iusgentium apertissime adinuenit, rursus & sine dubitatione aliqua statuisse, Probabilius itaq; opinati sumus ab Vlpiano Pauli sentẽtiam declarari, Nam cũ seruitus, ne luminibus aedificii nocitum sit, imponit, obligatio ista eo pertinet, ne vicino dehinc inuitis nobis altius aedificare potestas fiat, sicq; lumina diminuere. l. luminum. eo. tit. de ser. vrb. pred. & inuitum hoc in loco interprętamur non contradictorem duntaxat, sed etiam qui non consentit, vti Vlpianus sequenti postea in lege tradit.

Restitutus locus elucidatumq; Vlpiani Responsum in.l. illicitas.§. ne tenuis. de offi. presi. Cap. xxi.



Rror in.l.illicitas. de offitio presid. scriptorum in curia tandiu irrepsit, vt super eo Accursii,& cęterorum expositiones falsi nota scatuniant, Ne tenuis vitę homines, Vlpianus inquit, sub prætextu aduentus officiorum, vel militum lumine vnico, vel breui suppelectili ad aliorum vsus transf latis, Iniuriis vexentur præses prouincię prouidebit, credunt ipsi iure consultum de lumine, idest candelabro sensisse, aut metaphoricæ locutum volentē, de minima quaq; re cauere, quæ pauperi tam solum habenti, cordi est, quorum placitis, Si legis verba conuenirent, illud Iuuenalis non in elleganter adscriberetur.

Me quem Luna solet deducere vel breue lumen
Candelæ, cuius dispenso & tempero filum.

Ex fideliore tñ exemplari nostro non lumine, sed limine vnico conscriptum deprę hendi,& verbum decens Vlpiani responso erit de domuncula hominis ęgeni non quidem lucerna loquentis Idq; tum nobis & manifestius fit, quando Vlpianus breuis suppelectilis eodem responso meminit, cuius appellatio Lucernas, candellabra, Idq; genus similia rectissime complexa est.l.suppelectili. de supelle.leg. tum quia recipiendi militis in domo frequens vsus est,& patrimonii munus nuncupatur.l.iii §eos milites.de mun.& honor. l.i.ii.C.de met atis.& epidime.lib.xii. Quare de candelabro ceu lumine iureconsultum sensisse dificeor. Et aliis quibusdam hoc idem probabilius visum est, elucidatum igitur Vlpiani Responsum, qui de humili domuncula inopis sentiens minimam,& anteriorem cuiusuis domus partem posuerit.

Cur præsides deportare non possunt ratio noua, & declarata Vlpiani verba ad §. qui vniuersas. de offi. presid. Antiquorum fabulis confutatis. Cap. xxii.



Ademq; lege non mul o post Præsidibus prouinciarum gladii potestatē in metallum damnandi, ac cęterorum quæ mero subiiciuntur Imperio ius permissum esse in hæc verba Vlpianus admonuit: Qui vniuersas prouincias regūt ius gladii habēt,& in metallū dānandi potestas permissa est etc. Accursii & nostratium sententiæ non mediocriter his verbis dubiæ fiunt: ius deportandi cur & præsidi non competat.l.i. §. deportatos de leg. iii. si vitæ ademptionē seruitutis pœnam delinquentibus iniungat, quod vtriq; Imperii maioris esse non dubitatur §. maxima §. minor. Insti. de cap. dimi. in id porrò cōmuniter ventum est, præsides in insulam deportare nō posse quia insulas in prouinciis, quibus præsunt non habent, soli principi maioribusq; iudicibus sunt reseruatæ, quod secus arbitrati sunt quando insulas prouinciis, quas regunt, adictas haberent Bar. late. in.l. Relegatorum. de inter. & releg. Quorum rationem cum ipse olim Tyro non probassem quia præsidibus nō nunquam insulæ cum prouinciis sunt demandatæ.d.l. Relegatorum.& tamen in insulā deportare omnino vetantur.l.ii §. constat. de pœnis. tum impræsenti nihilo magis affirmo

gis affirmo,quoniam vrbis præfecto ſeueri Imperatoris Reſcripto ius poteſtaſq; in inſulam deportandi data eſt,inſulamq; ſub ſe eundem non habere ſcio.l.ii.§. Relegādi.de offi.præfec.vrb.proinde non percūctabimur habeant ne in prouinciis inſulas præſides,ipſi enim in metallum damnant,tametſi eorum prouinciæ metalla non habeāt.l.aut damnum § metalla.de pœnis. Quapropter hoc à nobis in melius reſtitutū iri duxerimus,pœnę criminum eiuſdem ēt generis non perſonis omnibus cædē infliguntur,at ſecundum cuiuſq; peccantis prærogatiuam,aut dignitatem imponuntur. l.Pedius. de incend. Rui.naufra.l.capitalium.§.& vt generaliter. de pœnis. ſolentq; Decuriones,qui in ciuitate magiſtratum gerūt,vel optimates,de ciuitate ob capitalia crimina,in inſulam de portari.l.inter pœnas.in fi.de interd.& releg.l.ſiquis filio §.eius qui.de iniuſto.rup.teſta.l.ſacrilegii §.cęterum.ad.l.Iuli. pecul. q̄uis alii inferioris conditionis homines capitalium criminum obnoxii,modo pœna capitis,modo in metallum damnatione,aliq̄n fuſtium ictibus coërceātur.l.iiii § fina.de ſicar.l.capitalium.§.non oēs § igni §.incēdiarii.l.aut damnum.de pœnis.Ideo pręſes deportationis pœnam, non imponit,quæ decurionibus,aliiſ'ue in vrbe primatibus pro capitali crimine cōſueuit adiungi,ne aduerſus homines graues,aut magiſtratus pœnam huiuſmodi grauem irrogando animaduertat, quod principi, maioribuſq; iudicibus nō etiam præſidi reſeruatum Modeſtini reſponſo,& principum mādatis affatim cauet̄.l. pen. de ſicar.l.diui.de pęnis.Deniq; minus cōſentio verba illa,vniuerſas p̄uincias &c. eos oēs q prouincias regūt deſignare,vti Accurſio placuit,q potius integras ſeu ſolidas prouincias interpraetari debuerat,alias etenim Imperator volens integram prouinciam ſignificare ſolidam eam appellauit.l.generali.C.de tab.lib.x.

Accurſii error ad duo Reſponſa depræhenſus,ac vti debuit emendatus,quod in iure ciuili quantum præſtet non cognitu difficile eſt. Cap. xxiii.

Libro ad Sabinū trigeſimoquinto Vlpianus Reſpōdit,Maritus ſi arbores curauerit,vites propagauerit, vel ſeminaria p̄ vtilitate p̄dii dotalis fecerit,necessarias impenſas feciſſe videbit̄,quæ inde verba ad.l.iii.de impē. in reb. dota.fac.compilata mox per Accurſium ſic expoſita ſunt,vt eruditioribus q̄tum,à vero diſenſerit breui compertū fiat:ſeminaria inquit horrea dicuntur,in quibus frumentum lectū ad ſeminanda arua reconditur,alibi identidē fructus ſeminarios eſſe intellexit frumenta conſerendi agri cauſa parata.l.item ſi fundi §.ſeminarios. de vſufruc. Seminarios aūt fructus ad fructuarium p̄tinere,ita vt paratum ſeminarium renouet. finitoq; vſu fructu dño reſtituat putauit Celſus:reſpōſa hæc, & illa cum praue intelligerent̄,tum illoꝝ legitimam interpraetationē nec mediocris quidem vtilitatis fore cum arbitrarer:quid ſeminarium apud iuriſconſultos ſit,quidq; apud latinæ eloquētiæ cultores extimetur, quæritandi anſam præbuerunt, ſeminarium igitur eſt locus ſubactus in quo ſemina vitium, aut arborum panguntur,vt cum radices egerint,inde ſtirpitus in aliud ſolum transferātur,ſicuti iurecōſultus ex ſeminario arborem conuulſam, & in alium locum poſitam,licet adhuc terrā nō cōpræhenderit,arborem tū recte dici putans tradidit. l. iii § 2 ſiquis. Arbor.furtim.ceſa. porrò ſeminarium, à ſe-

L. iii. de impen. in reb. dota.fac.

mine appellatum quod & de arboribus etiam intelligi non impropriæ quis dixerit iuxta illud Virgilii.

Seminibus positis superest deducere terram. De seminario apud Columellā frequenter differitur eui de agrorum cultura optimæ merito iuste credimus,optimum est itaq; eodem agro quo vitem positurus est, vel certe vicino seminarium facere lib. iii.sic testatur, idem libro sexto,seminarium oliuetum præparetur cœlo libero, huius significati Budęus etiā noster literatissimus in suis cōmeminit epilogiis,fructuarius ergo seminarios fructus habebit,atq; seminarium instaurabit, idest viuiradices de illo loco in fundum suum vel alium(vt ita dicam)transplantabit,ac vti volet venundabit,extinctoq; vsufructu seminarium restituet innouatum,idem alio respōso probandum est,maritus,qui pro vtilitate dotalis fundi seminaria,idest loca virgultis plena fecerit,necessarias impensas fecisse videatur,neq; de horteo,neq; de frumento seminibus parato his legibus cautum dicemus.

Quid Tectorium,Loricatio,Pauimentum,Incrustatione in iure ciuili sit.& Neratii Responsum ab aliorum mendis iuste purgatum. Cap. xxiiii.



EXTANT Neratii Responsa lib. membranarum tertio,quibus vsufructuarium præmonuit, ne parietibus qui rudes fuissent tectorium nouum imponat,quia tametsi domini causam meliorem excolendo facere posit,non id tamen iure suo facere potest, enimuero aliud est tueri ædificium,aliud nouum facere,non me latet quali hæc verba interpretes exponantur, qui tectorium protecto domus,excolere pro ædificare imprudens intellexit,cuius legis virtus vt melior impostetum habeatur nonnulla tectorii consimilia recensebo:sunt itaq; loricationes,pauimenta,incrustationes,atq; tectoria, omnia ferè idem significare videtur, neq; pro necessitate domus,sed voluptatis gratia construuntur,Loricationes sunt superficies solidandi causa,& ei parti domus imponuntur, quæ pedibus calcatur,id etiam pauimenta denotare arbitror, de quibus M. Vitruuius lib. vii plura.l. impensę.in fi.de verbo. signifi.incrustationes de solidamētis parietibus admotis debere intelligi Proculo,& Capitoni atteio placuit.l.quidā hyberus § parietem. de ser.vrb. pred.quæ ex crustis duntaxat marmoreis fiūt.l.fundi nihil § quæ tabulæ.de act.empti Tectorium vero ex calce, aut gipso parietes rudes exornat eultioresque reddit. l. in fundos § constituimus. de rei. vendiea.iis planè præmonitis non dubitauerim quin & Neratius Tectoriū pro illiniamento calcis,vel gipsi,aut incrustatione ad parietes incultos conscripserit,quod eo magis manifestius fit si tectoria,loricationes,pauimenta,& id genus similia voluptariis impensis cedere credamus.l.hactenus.insi. de vsufructu.at quidem tectorium si pro tecto capiatur, non voluptaria in eo impensa,sed vehementer necessaria dicetur,quod dialectici domum ex pariete, & tecto constare perhibent: explicant illud verbum extruendo, idest ædificando,cum & inibi iureconsultus paulo inferius hoc declaret,aliud est tueri quod accepisset,aliud nouum facere:quamobrē excolere,pro tueri,& farcire qđ acceptū est,non pro ædificare positū opinamur.l.æquissimū § sed neq;. eod. tit.

Quonam modo

Quonam modo Pomponius naturalem Arboris motum intellexerit, Accursiiq; dictis super ea re improbatis. Cap. xxv.

REFERTVR Et mutianæ legis ratio p Arborem in loco seruitu tis vrbicę sitam neminem suis domibus libertatem vsu capere pos se propter arboris naturalem motum, cuius dicti qualis ratio sit neq; Accursio satis constitit, qui naturalem arboris motum, concussione ventorumq; turbinem esse aduersus arborem autumauit, in hanc ipse sententiam forte concedę rē, ni arbores ex sui natura imotas stare videremus, & ea ratione de iis vti de fundo vel re alia immobili iudicaretur. l. Riparū. de rerum. diui. Nec dixerit quis aura tamen quādoq; illas impingi, motus enim accidentalis ille, non vtique naturalis est: igitur homo quemadmodum natura sui crescit ac particulæ in eo minutatim quotidie mutantur. l. proponebatur. in fine. de iudi. Ita arborem ipsam naturæ motu crescere, frondes deponere, atque virere Pomponium opinatum censeo. L. quod autē. de ser. vrb. prędio.

Veriori sensu Paulus iurecōnsultus in. l. qui sella. de ser. rust. prędio. explicatus. Cap. xxvi.

ADNotatio Pauli est. de seruitutibus rusticorum in lege. qui sella, quæ non nihil prolationis ægere dignoscitur: nō sellam eo in loco æphippium, quo æqui insternuntur, denotare probo, q̄q̄ interpretis scholia inibi contrarium velint, cūm sedes, quædam sit vbi magistratus inter ius reddendum & quandoq; alias residere solent de qua cōminiscitur legislator, in. l. i. §. cæcum. de post. auersa inquit, a Bruto sella cæcus postulare incę ptabat, itidem. A. Gellius. lib. ii. cap. ii. allata mox vna sella est, quæ in promptu erat atq; dum aliæ promebantur aposita est: proinde qui sella vehebatur non in æquo resedisse verius erit, tametsi de sella æquestri alicubi quando q; legerim. l. vnica. C. nulli. lice. Infren. lib. xi.

Circa inuentionem thesauri conciliata duo Responsa, quæ vulgo contraria circum ferruntur. Cap. xxvii.

DE Iure fisci in. l. iii §. si quis. Calistrato Resposum tribuitur, ita vt Adriano & Iustiniano Imperatoribus in §. Thesauros. insti. de rer. diui. prorsus contrarium sit: Calistratus ait in locis fiscalibus, vel publicis, Religiosis'ue, aut in monumentis, Thesauri si adinuenti, fuerint, diui fratres constituerunt vt media pars ex iis fisco vendicaretur &c. In totum vero qui in religioso Thesauros reperiit eorum dominum acquisiisse testatur Iustinianus, quos obices lectione perueteris nostri Codicis sic reicimus, si in locis fiscalibus, vel publicis, non etiam religiosis &c. Diui itaq; fratres Adriano concordes fient.

Delinquens atq; diu postea de crimine accusatus non leuiori pœna adficitur q̃ si facinore admisso illico puniatur, Contra oẽs superioris ætatis scriptores, Modestiniq; legẽ ab ipsis incognitã. Cap. xxviii.

L. si diutino. de pœnis.



PINIO vetus falsa conualuit, diu si quis crimen admiserit non perinde acerbius punitur q̃ si delicto recens perpetrato damnaretur: huiusce Modestinum in tit. de pœnis auctorem fuisse dicunt, quod verũ cum minus sit, ipsius verba exscribẽda visa sunt: Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit aliquatenus pœna eius subleuanda erit, sic etiam constitutum est, non eodem modo puniẽdos eos esse, qui longo tẽpore in reatu agunt, quo eos, qui in recenti sententiam excipiũt &c. Antiquorum opiniones super his verbis quisnam probas doctior indicaret. Dicendum nempe esset sine ratione legem Modestinum constituisse, Dehinc peruulgatũ & illud obstat obligationis tolendæ vel minuendæ tempus non est aptum l. obligationum ferre. de actio. & obliga. Verborumq; legis significatio aliud aperte pmonet, Nil aliud reatũ esse proprie apud iurisconsultos memoriæ datum est, q̃ iudiciũ, id quo quis de crimine aliquo reus postulatur. l. qui rei postulati per totam de bon. eorum. qui ante senten. l. fina § fraudis. de bon. damna. iccirco Modestini Responsum sic à nobis meruit interpretari, Accusatus de crimine si non statim sed diutino tẽpore exacto, quod arbitrio iudicis extimabitur, iudiciali sententia coërceatur, eius pœna lenienda est, econtrario post accusationem cœptam cum statim damnatur, in solidũ pœnam patitur, ratio illa est, celeritas condemnationis admissum illius expeditũ indubitatumq; esse demonstrat, secus quando diu pœnalis sententia dilata est, aliquã enim excusationis causam, quia condemnationẽ distulit, habuisse censetur,

Quamobrem ex pœna aliquid remittendum haud immerito est
creditum argumento l. qui solidum § etiam. de lega. ii.
Qui igitur deliquit atq; post longum tempus
reus criminis accusatur non minore
ferietur pœna, q̃ si illico facino
re admisso accusatus
sit, prout scribentes antea irrationabiliter assentiebantur.

Plurimæ hic desunt leges restitutæ, quæ alias
(si diis placet) dabuntur.

SVMMARIA AD·L·AEDITA

C. DE AEDENDO. FRANCISCI ZOANNETTI BON. IVRISCONSVLTI CLARISS.

1 Litigaturus actionem certam præponere debet.
2 Primæ cuiusuis operis æditiones sæpe mutari solent.
3 Actionem hac in lege pro libello exponi minime decet.
4 Quibus ex partibus conficiatur libellus?
5 Actionem hodie nisi libello complexam in iudicio ædimus, licet antiquitus obseruatum aliter sit.
6 Lex nostra de Qualicunq; æditione, etiam sine libello facta, intelligi potest.
7 Antiquissimo iure ciuili in actione ædenda, qui uoculam, aut syllabam præteribat, causam perdebat.
8 Iure ciuili actionis nomen ædendum.
9 Quid illud sit quod expressum dicatur. & nu. 11.
10 Iudicia quo ad reos odibilia sunt.
11 In odiosis cum quid exprimi petitur, si ex coniecturis colligi potest non sufficit, sed nominatim in specie promendum est.
12 Agnomina, prænomina, & cuiusq; rei cognomina proprii nois vice defunguntur.
13 Frequentiore vsu obseruatum, vt libellum actores absq; actionis nomine cōcipiant.
14 Libello ex more composito actionis postmodum ineptæ nomen si iungas totum delebis.
15 Ordinarius iudex quum apud se vti delegatum litem cognosci iubet, neq; id iudicii ordinarii iure, neq; delegati valuit.
16 Dubius & generalis æditus libellus contradicente reo inefficax est.
17 Non solum actoris, & rei consenti, sed iudicis quoq; interest libellos inter litis auspicia porrigi.
18 In Summariis & breuiloquis causis petitio anceps inuito reo quando procedat.
19 Dubiam perplexam petitionem in Summariis causis, reo etiam tacente ex officio dilaceret iudex.
20 Emendare quid sit.
21 Quid vniuersale, quid item generale sit, & hæc quantum inter se differant.
22 Particularis rei in libello mentio facta iudicio vniuersali cœpto emendationem nō impedit, si vniuersalis, seu generalis causa ab initio suberat.
23 Declarata l. si quo. ff. de peti. hæred. contra Bar. & sequaces.
24 In iudiciis particularibus post litis contestationem emendari libellum posse placet.
25 Præpositio, In, pro coram, minus congrue exponitur.
26 Nouo sensu contra Doctores omnes declarata lex nostra.
27 Post litis contest. emendari libellū posse, si rem petitā minuat actor, probarunt oēs.
28 In accessoriis ad rem petitam emendatione opus non est, vt plerique opinantur.
29 Vbi ante litis exordium correctionem libelli receptam Doctores addicunt, post si illico fiat, aduersus omnes vanam putamus.
30 Libello nimis obscure concepto ad sententiam vsq; emendatio permittitur, dum tamen non contradicat reus.
31 Libelli obscuritatem, obiiciente reo, & actor non declaret non ipso iure, sed per iudicem libellus repellitur.
32 Exceptio obscuri ineptiq; libelli quum dilatoria sit ante litis initium proponitur.
33 Ipso iure libellus quando est nullus quo nam pacto emendari possit, & Quamobrem ipso iure non valeat.
34 Forma legis in libello criminali concipiendo si minus obseruata sit iure ipso libellus deficit & quando emendari possit.

35 Substantialia libelli infra statuta tempora corrigi oportet, in his autem quæ substantialia non sunt, emenso etiam tempore permittitur emendatio.
36 Libellorum substantialibus, vel tacite, vel expresse non renunciant partes.
37 Quamuis ciuiliter ex crimine irrogante infamiam agatur non secus quam si criminaliter quæstio mota fuisset de libellorum ineptiis iudicandum erit.
38 Qualitatis emendatio, quæ facti substantiam remouet, ante lit. contestationem duntaxat recte fit.
39 Per qualitatis emendationem si condemnatio, aut minor, aut maior fiat ad sententiam vsq; eam receptam dicimus.
40 Defenditur Bar.
41 Noxali sententia, & ad damni extimationem iudex dum condemnat, & facultatem dedendi pro noxia seruum tacite præstat.
42 Factum qui stipulatur, quod sua etiam interest latenter stipulatum videri.
43 Ratio præter Doct. ad .l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de trib.
44 Declaratio libelli donec sententia fertur non inique per actorem fit, & post latam sententiam nonnunq̃.
45 Quemadmodum primus libellus sæpe corrigitur ita in appellationis causa datus emendationem patitur.
46 Primæ instantiæ libellum in appellationis iudicio perinde corrigi posse q̃ si nulla sententia dicta fuisset.
47 Ad exordium iudicii restituit litem appellatio.
48 Iudex appellationis super meritis primæ causæ sententiam dicit.
49 Libellum reus si ab initio acceptauerit actori postea ius corrigendi non est.
50 Mutatio, aut actionis, aut rei, vel causæ, ante litis contestationem recepta est.
51 Actione electa, ni probabilis adfuerit error variare non licet.
52 Actionum cumulus eodem iudicio admissus est generaliter.
53 Actiones pleræq; si vna iungantur, libellis pluribus num opus sit?
54 Ex pluribus quæ specie differunt vnum fieri numero impossibile est.
55 Non actionum accumulatio duntaxat, sed exceptionũ quoq; aggregatio cõceditur.
56 Actiones cumulari quibus non liceat casibus.
57 Per maiorem causam fit mora minori.
58 Criminalis actio, atq; ciuilis diuersa ratione competentes in eodem iudicio quando cumulentur.
59 Ex ordine actio si alteram præcedat, illarum cumulum quando probemus.
60 Actiones plures si alternatim proponantur cumulationem non faciunt.
61 Nouus intellectus ad. §. sed neq. j. auc. de fideiuss.
62 Iuramentum calumniæ super actione addita, quando rursus præstetur.
63 Iudiciis æquitas in eo est ne id per quempiam fiat quod sibi non proficit, & alteri nocet.
64 Temere qui actionem ædit, quam vel postea emendet, vel mutet, impensas & damna aduersario restituit, quod & in fœmina, rusticoq; agentibus est æque receptum.
65 Tutor vel curator pro minore parum diligenter contra quenq̃ agens de suo sustinet damna, atq; reo satisfacit.

FRANCISCI ZOANNETTI BONONIENSIS IVRISCONSVLTI CLARISS. COMMENTARIOLVS AD L. AEDITA .C. DE AEDENDO.

Procemium.



ELEBRATISSIMVM Hoc Rescriptum præ manibus enucleandum quum susceperim, non id veruntamen à nobis eapropter declarandum existimo, q plurimorum Idem ingenia non diutius in Tractatu ipsius controserit, atq; longissima istis ipsis Commentaria promereri visum sit, vt facile mediocris quilibet nouerit, ex illis neminem (excepto Bartolo) quod hac in re fuerat opus, assecutum fuisse, aut fastidientis stomaci tot æpulas Nonnulli indiderunt, vt aliorum recitatores, m. gis q̃ veri legum interpretes haud immerito postmodum sint appellari, Alii ita subtiliter super eo philosophati sunt, q eorum scholia veritate eniti nulli vnq̃ constiterit, sed vnum illud egomet dixerim, q̃ plurima, & perpensius & probabilius ad hanc legem explicari potuisse, quæ quum ab his omissa fuissent, pro aliqua parte aduersus eosdem reuocare curaui.



1 PVD Iudicem acturus sic actionem instituat, vt reus futurā litem
2 in specie cognoscat, ● Verum sæpe solent primæquæque æditiones emendationibus nonnunquam nouis mutationibus indigere, quod Imperator Iustinianus suo Vlpianiq; exemplo in secunda Codicis ędiriione verum esse testatur, quare actori & hoc licere iudicis perpetuiq; ædicti religione seruata Imperatores rescripserunt: Aduersum tale rescriptū impossibile quodam, vtpore continens insurrexerunt quidem & fermè omnes cur actio, quæ incorporalis res est neq; videri, neq; tangi potest conuento ædenda sit, nimirum actionem pro libello conscriptam volunt, & huius glosulæ auctorem primo Accursium fuisse fertur, qui actionem, idest actionis æditionem interpretatus est.
3 ● At hæc valde dissimilia videntur, q actio quæ ius persequendi dicitur, pro libello qui est facti ponatur, & iura per quam distent ab iis, quæ sunt facti, legum latores centuriatim tradiderunt. l. stipulationes non diuiduntur. de verb. obli. l. regula. de iuris.
4 & facti. ingnor. cum simil. ● Præterea libellus ex suis partibus narratione scilicet medio concludendi, ac ipsa conclusione constat Bar. in l. si prius. de. no. oper. cum actio huiusmodi partes abhorreat nota in § actio. insti. de actio. Doctores tamen maxima id cum improprietate verborum fieri ascētiūt. Nos autem aliter Accursio ipsis'ue
5 Imperatoribus, qui legem hanc tulerunt, placuisse arbitramur, ● Quanquam hodiæ

actio in iuditio non proponatur nisi libello complexa sit. auc. offeratur. inf. de lit. contest. olim tñ legis nostræ tempore quomodocunq; verbis, & per consequens ad oculum intellectus, etiam sine libello æditio fieret regulariter legitima habebatur, eandem obtinens auctoritatem expressum est. in. l. i. impr. ff. eo. inquit Vlpianus iure consultus reo agens actionem ædere debet idemq; reus statuet actione cognita con tendere an uellit, & ibi certissimum est actorem absq; libello actionem cum suis com mitantiis ædidisse, idem enim subiungit ædere est etiã in libello complecti &c. Sicq; primo responso de actione sine libello demum cum libello ædita sequenti capite ędi

6 xit. ❧ Non sunt ergo verba legis mutanda, quæ de actione qualicunq; demostratio ne intellectuali, etiam sine libello ædicta, intelligi potest: hunc sensum Accursium ha buisse negabit nemo qui eum viderit in dicta. l. i. ver. ædere &c. ff. eodem. Et quo niam verbis hic nominatim cautum videtur actionem specificę, ædẽdam esse, quę fruerunt scriptores vtrum libellum sine actionis expressione conceptum ex quo pos sit actio colligi sustineri posse æquius sit: Cũq; hoc apud iuris ciuilis ꝓfessores dubi tabile fiat de iure autem Canonico talem libellum satis validum constet. c. dilecti. de iudic. conuenerunt iuri Canonico standum. c. i. ibi. not. de op. noui. nunci. Nec quicquam referre videtur, si absq; actionis expressione proponatur libellus dũmo do per facti narrationem quæ intentatur actio cognoscatur arg. l. gallus. §. si eius. de lib. & post. per quem textum Bar. postq; illum omnes hic & ibi id tenuerunt, præser tim quid exequipollenti fiat non multum interest. l. si mater. inf. de inst. & substi. itẽ exhęredatio filii nominatim fieri debet sed planè nominatim facta cẽsetur, Quamuis prænomina vel cognomine exhæredati, non etiã proprio nomine fiat. l. i. ii. de lib. & post. idem in proposito casu videtur dicendum quando ex libelli narratione signi ficatur actio, q̃ perinde iudicetur quàm si nominatim expressa fuisset: Quamobrem ita seruari & communi sententia id pro iusto habitum videmus, hæc vero ipse iure

7 ciuilli inspecto minus probauerim, ❧ Nam & iure antiquissimo actionem, actionisq; nomen ædi debere plusquam manifestũ est, in tantum, q̃ in uocula, vel silaba deficiẽs

8 causam perdebat, ❧ Hodie illa duntaxat syllabarum captio exoleuit. l. i. in. de for mul. igitur in reliquo stare non prohibetur, vrgentissima ratio suggerit, quoniam fru stra actionũ nomina in iuris ciuilis Codicibus separatim posita cerneremus, ni essent nomina eadẽ in libello exprimenda, expressio nãq; actionis de iure Canonico nõ de sideratur, q̃ eo iure ex æquitate magisq̃ stricta iuris solemnitatate procedi iubetur c. i. de pac. & consequenter neq; actionum nomina in eo iure denumerantur idem tenet. glo. in. d. c. dilecti de iudi. aliis suis rationibus vt ibi, est textus clarissimus in. l. fi. infra de interdi. litigaturus primordio actionem exprimere ab Archadio & Honorio Imperatoribus iubetur, & si Decius hic instet actionem huiusmodi expressam satis videri, cum ex libelli narratione cognosci possit, tamen quæstioni propositæ eius di

9 ctum haud profecto congruit, expostulat lex actionem in iuditio exprimi, ❧ Et ex pressum illud dicitur, quod verbis expressis fit, siquidem ex tacito actu vel coniectu rata agentis voluntate deprendatur, tacitum non vero expressum appellatur. l. si

10 sicut certi. & eodem loco notat Angel. C. de testamen. mili. ❧ Hocque præs sertim, in casu isto procedit, quia respectu rei conuenti iudicia odiosa sunt lege

fauorabiliores

11 fauorabiliores, de regul. iur. ✱ Et in odiosis, vbi quid exprimi petitur ex necessaria consequentia seu aliter tacite posse colligi non sat est, faciunt ea, quæ notat. Abb.in.c.ad aures. de Rescriptis. optime declarat.Ias.in.l. prætor § interdictum. in tertia fallentia, de oper.noui.actionem igitur ciuili iure nominatim ædendam cēseo: neq; illorum extraneis argumentis moueor, Quandoquidem leges ipsę contrarium
12 caute sanxerunt: ✱ Tum minus dubito q̄ nihilominus exhęredatio filii nominatim credatur facta, si nomine omisso prænomine, aut agnomine proposito exhæres filius scribatur, cum & nihil referre ęque existimem, an agens dixerit seruianā, aut quasi seruianam, & sic de reliquis, actionem mouere vel actionem quæ domino agri pro inuectis, & illatis ratione pensionis competit, aut actionem, quę creditoribus dari solet dum asserunt debitoris bona sibi obligata, contra aduersariū instituere dicat, agnomina etenim, & prænomina cuiusq; rei vicæ proprii nominis fungi in dubium non
13 venit. ✱ Frequens tamē instituendi libelli absq; actionis expressione vsus est, atq; in illo ius canonicum vbiq; fere locorum præualere aiunt, Anceps tum proponitur quęstio, Finge libellum rectè institutum, demum actionem ineptam adiectam, vtrū totus inquinetur, & viribus careat, aut potius iure defendatur, & in hanc sententiam (vt quidam dicunt) magis communiter itum est, cum vtile ab inutili non vicietur, tum per regulam, vbi nulla stipulatio fuit, & lex factam esse fingit, multo magis in ualidam reformat, eiusq; vitiū purgat.l. vnica § i.infra.de rei.vx.acti.iniquissimo, me hercle argumento ad quæstionem subiectam doctores illi vtuntur, stipulatio inualida cum interponitur, validam lex restituit, neq; aliam fingit stipulationem, diuersum in libello, qui ex suis partibus non legis fictione iustam promebat actionem postea
14 ineptam nominatim retulit. ✱ Idcirco putauerim, vltra ea, quæ hic Iason, & in.l.i. in prin.ff.eo.adduxit libellū huiusmodi omnino corruere, nam & propter expressum deficit tacitū.l.cū ex filio § filio.de vulg.& pupil.notat.Bal.in.l.in Testamēto.in prin.
15 de impub.& aliis sub. ✱ Accedat quod dicitur si ordinarius iudex litem coram se, vti delegato, agi imperet, quod in eodem factum erit iudicio, neq; delegati, neq; ordinarii iure valebit.Abb.in.c.licet de offi.ordina.& bene talem offerenti libellum conueniet illud, quod potuit noluit, quod voluit implere nequiuit.c.cum super Abbatia. de offi. deleg. pro hac opinione est.l.i.§ mens.fals. mod. dix.si verosilius sensus quisq̄ non omiserit.

16 Quod subsequitur, speciem futuræ litis significat &c. deduci potest in argumentum contra libellum generalem, atq; incertum proditum, vt non valeat quasi litem venturam haud in specie designet, & hęc præsertim vera sunt, vbi reus exceptionē incertitudinis obiicit not.in.l.fi.inf.de annal. Excep.secus doctores in paruulis, & breuiloquis causis rati fuere, reluctante etiā reo aduersus petitionem dubiam, quo magis ab actore elucidetur spreta nihilominus exceptione iudicium peragitur vti Bartolo visum est in Trac. ad reprimendum.ver.& figura: quem & Alex. consi.clxxxvii.In hac causa &c.lib.ii.& Iason. hic sequuntur, Decius autem nec hoc Bartolum fateri putat, cum eius verba secundum.l.fi.de anna. excep.intelligenda sint, quam inibi aduxit Bar. rei quoq; defensio auferetur, si

ipse secum cædere, aut contendere an vellit deliberare nequiret, instructus in iuditio minime compareret contra l.i.in prin.ff. eo. hanc opinionem Alex. sibi contrarius
17 alioqui æmulatus est consil. 32. lib. iiii. Attamen verius ipse crediderim, quia nõ actoris & rei solum sed & iudicis gratia, propter petitionis ferendæq; sententiæ con formitatem, inter litis auspitia offeruntur libelli sicuti Soci. Superior Marianus in.c.i.
18 de libe.obl.testatur: Aut oblata petitio est dubia, & generalis, sed iudici & reo ex aliis inditiis causa liquere, iudexq; certã sententiã dicere potest, exemplũ est, in.l.i § si quis argentum. vbi not. depositi. Tunc Iasonem sequor, minus atq; oppinarer de incertitudine libelli reum opponere posse, efficax ratio habetur. in. auc. nisi breues. infra.de sent.ex petic. Quoniam eiusdem rei nihil interest, qui sine expẽsarum vexatione summatim litigaturus est, neq; aduocatum ob eam causam quæret, itaq; deliberatione cedat, vel contendat isto casu non multum indiget, Aut petitoris intẽtio sic ambigua æditur, vt neq; iudex, neq; aduersarius ex aliquo certiores fiant, & De
19 cio nostro assentior, Actoremq; ad rei conuenti exceptionem de incertitudine libelli propositam teneri existimo, Quinimmo & si reus non excipiat iudex negotiũ non diffiniet.d.l.i § si quis argentum. Et ibi Bar. de positi. talisq; obscura perplexa petitio ab iudice dilaceranda est Bar. in Tract. ad reprim. vet. & figura. quod & Clarissimus præceptor meus Alciatus post eum hic adnotat.

20 DE actionis emendatione lex ipsa loquitur Quum emendare nil aliud sit quam mendum siue errorem abstergere salua remanente substãtia. l. actorum. de re.iud. & hoc Imperatori Iustiniano, dum repetitam codicis prælectionem iusserat, contigisse proditum est in.l.ii.iii. consti. C. Quomodo aũt in vniuersalibus generalibus, & particularibus iudiciis huiusmodi emẽdatio fiat,
21 Glosatores hic & post illos sequiores omnes copiose tractarunt, Ceterum prius est, vt generale ab vniuersali distinguamus, qua in re scriptores vtriusq; exempla magis q̃ veras diffinitiones tradiderunt: Quamobrem quantum ad propositum pertinet, Vniuersale est ius quoddam, & nonnunquam factum, aptum sub se aliquas habere species, de quibus tamen singulis non prædicatur, vtputa, solus homo neq; populus, neq; vniuersitas est. l. sicut § fi. quod cuiusq; vniuersit. sola ouis gregem non significat. l. si grege legato. de leg. i. neq; hæreditaria res per se hæreditas dicitur. l. nihil aliud. de verb. sign. l. hæreditas etiam. de pet. hære. at quidem generale illud est, quod multas in se continet species, de quibus singulis prædicatur, nam quilibet actus ab negotiorum gestore confectus, recte negotiorum gestio appellatur, simili modo quiuis actus per tutorẽ nomine tutorio explicatus, tutelæ administratio ꝓprie erit, l. si plures. in prin. l. vel in partes. de admi. tut. Sed in iudiciis vniuersalibus post litem contestatã emendationem esse permissam Glosator putauit. l. iiii. de pet. hæred. quem Bartolus post antiquiores ea ratione damnat, virtute actionis simpliciter æditæ, non etiam emendationis iure, quod postea ex bonis hæreditatis possessori superuenit, totũ restituitur, & quum quis petitione hæreditatis rem vnam singulariter petat post lit. contestatam libellum emendare non posse restantur per regulam. l. non potest. de iud. illorum nempè sententia non multum lęderet veritatem, si vti Alexandro visum est

censuissent

censuissent ipsi,proposita scilicet hæreditatis petitione ad vnam rem particulariter, quam post iudicium acceptum hæres nequeat emendare, Verũtamen super eadem re lata sententia agens declarabitur hæres,iudicisq; officio non res petita solum , sed quicquid hæreditariæ rei conuictus possidere inueniatur restituet, Vereor tamen ne hæc Bartoli & superiorum,qui sic hæreditatis petitionem concœptam iudicio parti culari comparaiunt,non sit opinio , quod & hic Decius animaduertit, Probabilius itaq; dici posse opinor , post litem hanc contestatam libelli emendationem hæredi
22 nihilominus esse concessam, ❀ Nihil officit rei particularis expresio quando generalis,seu vniuersalis causa subest,vt in casu nostro,quia agens est hæredes, tunc particularis expresio vniuersalem interpretationem à causa capere videtur.l.regula §.si quis.de iur.& fac.igno.sicq; tale iudicium singulare censeri non poterit, Dein & si regula.l.non potest.esset vera in iudiciis singularibus vt scribentes fatentur , de qua subsisto & infra dicam,Attamen habet duntaxat locum in personali actione , nō sic in reali,vel in rem scripta,vt ibidem not.Expressumq; est in.l.sin autem § possidere. de rei.vend.Verum petitio hæreditatis actionis realis naturam sapit vti docto.asse tiunt,merito quæstioni relatæ minus obstabit, idipsum iureconsultus Gaius extri
23 cat in.l.si quo.de pet.hæred. ❀ Conuentus petitione hæreditatis res nonnullas possidebat,pro quibus cautionem præstitit,lite demum contestata aliarum eiusdem hæreditatis possessionem nactus,iterum pro super additis rebus fideiussores dabit, vniuersasq; oẽs lata sententia restituet, quis ergo tam hebetis ingenii dicere ausit,actorem ibi particulariter libello non expressisse res in initio possessas,quum pro illis fideiussores acceperit,nec internosci alioquin posset,num res aliæ post cœptum iudicium accessissent,ex alio atq; ibi emendatio libelli deprehenditur,qa hæres post litẽ cœptam rursus pro nouis rebus idoneæ caueri petiit , non sanè petiturus si ab initio hæreditatem vniuersaliter nominasset,pro qua cautum fuisset,Deniq; si pauriores postea sine dolo suo res possidebit absoluitur,quæ diminutio rerum non facilis esset cognitu,ni res particulariter libello fuissent complexæ singulariter ad hoc est.l. ediles §.item sciendum.de edil.edic.ibi ea numerari necesse habuisse &c. Idem videtur casus in.l.iiii.de pet.hæred.hoc modo Accursium Glosatores q; alios iura hæc perpendisse haud dubie concedo,quos & Fulgosius hic non improbauit. Quid in iudiciis particularibus,an vsq; ad sententiam emendationem circa rem petitã passim receptam dicemus ? Ioannes, mox & Accursius ad litis contestationem vsq; id recte fieri crediderunt,quæ post iudicium acceptum emergunt nouam desiderãt interpellationem.l.non potest.de iudici. lex nostra secundum Bar.hic in rep. quæ parauina inscribitur col.i. illorum satis congruit opinioni,in verbis illis,quàm emendari &c. Quibus liquido constat eam actionem emendari licere, quæ litem futuram monstrat,cum igitur futuram litem nō demonstrat,quia lis est contestata non emẽdabitur libellus,possentq; alia pro hac recepta opinione adduci quibus Decius hic
24 col.6.ingenue respondendo satisfecit, ❀ Plerasq; tamen inuenimus leges, quæ post litem contestatam emendationem concessam referunt.l.ampliorẽ §.fi.C. de appel. est lex, quæ acriter vrget quamuis ad hoc negligi solet in.l.indelictis §.si detracta. in fi.de noxal.idem esse in effectu animaduertimus,q; damnũ passus post litis cõtestat.

tionem emendet libellum,agatq; ad seruiendum damnum, detracta noxæ deditione,q̄ si quispiam alterius creditor,veluti ex causa mutui, summam petisset, & iudicio cœpto huic summæ quid eadem causa debitum addetet : Zenoniana constitutio demum proponitur.in § si minus.insti.de actio.quæ idem manifestius comprobat, neq; nos antiquorum reprimit auctoritas,in codē iudicio, idest coram iudice codē, in alia veruntamen instantia,quæ interpretatio ieiuna admodū visa est , quinimmo contra illius legis dispositionem vti dominus meus Alciatus post alios recensuit,
25 * Significatusq; dictionis, in, non patitur, pro coram explicari.l.Gallus § ille casus ibi not.de lib.& post.icecirco Alex.verba illa,in eodem iudicio &c.ante litis contestationem intelligit ; vt quod doctores communiter arbitrati sunt per eam legem non frustaretur, Enimuero Alexandri intellectus omnium pessimus est, obstantq; pariter & verba in eodem iudicio &c. Quandoquidem iudicium non sit nisi lis fuerit contestata,quemadmodum nostra lex dictat, quamobrem priusq̄ lis contestetur
26 verba huiusmodi haud propriæ conuenirent, * Minus lex ista obstat per quàm Baldo communem probari placuit,Respondetur contrarium pœnitus eam significare, cui dubium esset, si relatiuum illud , quam emendari &c. æditam actionem referē, credamus ; q; Baldi sententia æquissima foret, rectius nempē iudico relationem ad proximiora,non vero ad remota faciendam,idq; relatiuum litem iam demonstratā, idest iudicium cœptum referre,& sensus erit nostræ legis vltra scribentes omnes, lis contestata poterit emendari,atq; mutari prout ædicto permittitur, iudicisq; religioni videbitur,qui sensus idem omnino est in.d § si minus. ver. in reliquum &c. insti. de actio. obliquę forsitam quispiam agens dicet relationem ad proxima cum suis qualitatibus fieri debere,ideo relatiuum quàm emendari &c. repræsentabit litem, scilicet futuram, sicq; pro communi adhuc faceret , Rursus affirmamus ridiculum esse dicere, legem de emendatione litis,quæ non est, cauisse,cum non entis nullæ sint partes.l.nam & si § post defectum. de iniuſ. rup. irri. test.Quocirca de emendatione litis iam demonstratę & in facto deductę legem hanc statuisse reor : offendit nos minus, Pauli lex in.l. non potest. de iud. quæ si actor alia ex causa quàm prima,cœpta lite,à reo quicquam consequi cupiat,non priore iudicio illud exigere, sed noua vsurum instantia sanxit , diuersum in casu quæsito , vbi eadem causa petendi
27 initio fuit, quæ in emendatione subest.d § si minus.cum simili. * Non difiteor doctores communiter in alteram conuenire sententiam, Extenduntq; emendationē hanc post litem contestatam quatenus res petita minuatur arg.l.postquam liti. infra. de pact.l.quidam æstimauerunt. ff. si cer. pet. restitutis reo impensis, si quas maiores propter petitionis superfluitatem fecisset. Sali. hic col.v. Fallit ob sui delicti ge
28 minationem,nec volens diminuēdo emēdare poterit.l.i.infra.de plus.peti.* Aeque post litem contestatam in accesoriis tum superuenientibus ad rem petitam emendare licet.l.ædiles § item sciendum. de edil. edic. quæ emendatio si fiat satis vana æstimatur,fructus enim venientes lite cœpta ius reddentis offitio,quanquam non petatur restituendi sunt sicut Decius putauit , quod iureconsultus Vlpianus in.d § item sciendum.insi.cauit. Horta est dubitatio,in iis casibus, quibus ante litis contestationem solum emendari posse libellum dicitur. Finge non ante contestationem, sed

po st illico,

post illico, emẽdationem factam iure ne id factũ credatur: sententia crebrior visa est,
emendationem recte fieri, exemplo Accursii firmatur in.l.Pomponius § rati. de
procura. asseuerantis exceptionem de rato non tantum procuratori ante litis con/
testationem, sed & post statim iuste obici, Iason hoc sequens post Alexand. hic
& in.l.diuortio. sol. matr. nugalia plura congerit, in præsenti nihil attinet tantam
29 molem verborum confutare, mihi contrarium iustius videtur, ❁ Tempus nanq;
vbi per legem imponitur, ibi pro forma traditum æstimatur, & qui adamussim
illud non seruat formam legis non implet.l. scire oportet § consequens. de excus.
tuto Bal. per eundem tex. in auc. quæ supplicatio. propè finem. supra. de præci/
bus. imper. offer. idem Bal. in.l.omnes populi. in penul. col. ver. vnde si statutum
requirit tempus &c. de iust. & iure, sed tempus præstitutum est, ne quis post cœptum
iudicium emendando quisq̃ rei principali addat secundum communem intelle/
ctum.l.non potest. de iud. igitur tametsi statim accepto iudicio emendaretur libel/
lus, irrita emendatio esset, cum formæ ad vnguem in specie satisfieri oporteat .l.
cũ hii § si prætor. de transac. c. cũ dilecta. de rescrip. iudiciq; necesse foret de eo sentẽ
tiã dicere, de quo litis cõtestatio nulla esset contra.l.prolatã. ff. de sen. neq; litis iterũ
cõtestatio fieret, scribentes nanq; pinde talem emendationẽ haberi æstimarũt, si ante
litis contestationem facta fuisset, videtur tex. in l.denunciasset § quod tñ. de adul.
30 SVNT deinde Bartoli distinctiones, ❁ Cum de libelli substantialibus
emendandis tractatur, aut ipso iure propter defectum non corrumpi/
tur libellus, sed ope tantum exceptionis irritatur, velutí obscure nimis li/
bello concepto, potestas tum actori fiet vsq; ad sententiam tacente reo
31 emendare.l.fi. infra. de anna. excep. ❁ Cæterum reus de obscuritate si excipiat, neq;
actor declaret, libellus statim, vt scribentes addicunt, redditur nullus, quod nulla
ratione id verum esse probauerím, sed solum per iudicem in irritum reuocabitur.
32 .c. fi. de lib. oblat. ❁ Cumq; talis exceptio dilatoria sit, ante litis exordium proponi
33 debuit.l.exceptionem. C. de probar. ❁ Aut libellus propter errata quæ illum con/
tinent ipso iure est nullus, sicut euenit quando inepta in eo causa exprimitur, per
quam conclusio haberi non potest not. in.l.ii § circa. de doli. excep. Vsq; ad li/
tis contestationem per.l.nostram emendationi locus erit, quod recte Alexand.
intellexit, si alia litis contestatio valida sequatur, & tempora ad agendum desti/
34 nata, secundum Bar. largiantur. l. accusaturus. de adul. ❁ Simili modo in crimi/
nalis accusationis libello dicendum est, si ineptus neq; secundum normam.l.li/
bellorum. de accusa. inscriptus ædatur, qui reo etiam non postulante iure ipso de/
ficit, cuius emendatio ante litis contestationem scilicet validam, diebus ad agen/
35 dum cõstitutis non exactis, haud prohibetur. ❁ Hæc vtiq; recepta sunt in substan/
tialibus corrigendis, alia enim quæ substantialia non sunt, tametsi negent tempora
præstituta, non improbe emendantur Bar. in.l.qui fundum. de contra. emptio. Ve/
runtamen Illustris doctor Fulgosius in eo, quod dicit criminalem libellum ineptum
reo etiam non opponente nullum censeri, Bartolum momordit per.l.libello/
rum § fi. de accus. reo ibi petente reicitur libellus & Glo. in ver. aboletur. illud

idem comprobat, atq; postea nonnulli alii firmarunt, Non ipse recederem, à sententia Bar. nostri cum §. fi. l. libellorum in casu valde absimili loquatur, tum q; lex illa ver. quod si libelli &c. decretum ferat annullatiuum, quocirca libellus, vti omnino iubet lex, non conceptus ipso iure inuallidus nullusq; habetur Bal. post quem

36 lum oēs in l. i. de lib. & posth. ❀ Et partes tacite, aut expresse nullo modo huiusmodi substantialibus renunciabunt glo. in. c. statutum. ver. comitantur. de rescrip. in vi. ideo rei obiectiunculæ aduersus libellum inuallidum minus expetendæ sunt.

37 ❀ Haud secus oppinor si ciuiliter ex crimine, quod irrogat infamiam, agatur, libellusq; inepte fiat, qui locum, tempus, cæteraq; perinde exprimere debet, si criminaliter lis mota fuisset. c. tuæ. de procur. Bat. in. l. prætor. in prin. de iniuri. igitur Alexand. sequor, qui, a reo licet non opponatur nihilomagis libellum hunc, exemplo criminalis, sustineri credit, Est & alia diuisio Bartoli, si de emendatione rei pe

38 titæ quæratur, quam nuper anteriori parte explicauimus. ❀ Quare idem tertio loco percunctatur, qualitatis emendatio, per quam facti substantiam immutatur quatenus actori concessa sit, & vetitam esse post litem contestatam solum minus ambigitur. l. denunciasse §. quod tñ. de adulte. hocq; à præcedenti membro, vbi libellum ineptum ante litem cœptam recte emendari fertur, legem accipit, nec ali

39 ter Bartolum hac in re sensisse credendum est. ❀ Aut qualitatis emendatione condemnatio quandoq; augetur, quandoq; minor fit, & vsq; dum sententiam dixerit iudex emendatur libellus. l. in delictis § si de tracta. de noxal. Iason tamen hic & alii pleriq; Bartoli dictum increpant, in primis verum non est emendatione illius qualitatis condemnationem augeri, vel minui, noxallis actio ad solidam damni emendationem, non ad noxæ deditionem proponitur, insolidum atq; dominus condemnatur, licet in exolutione dedendi seruum pro noxia facultatem habeat. l. miles §. decem. de re. iud. Dein Bartolo contradicit. l. quod in hæredem §. eligere. de trib. Vbi qualitas actionis tributoriæ, vel de peculio, quamuis idem sint, emendari non potest, ex qua emendatione maior, aut minor condemnatio posset

40 subsequi: quæ cum minus vera sint, à Bartolo non recederem. ❀ Seite licet noxali iudicio si agatur expresse dominus ad emendationem damni condemnatur, sed & tacite eadem sententia iudex domino noxam dedere permittit inst. de

41 offi. iud. in prin. l. ii. infra. de noxal. ❀ Sicut dicimus eum, qui factum aliquod stipulatur iuris auxilio interesse suum eadem conuentione latenter stipulari. l. stipulationes non diuiduntur. ver. Cęlsus. de verb. oblig. qui igitur noxalem actionem exercet credens dominum ignarum facinoris admisi, eoq; postea iudicio scientiam domini arguat, omnino minuit, remouetq; condemnationem tacitam, quæ in noxæ deditione futura erat, si dominus admisi inscius foret, & in solidum iudex condemnabit. l. ii. in prin. de nox. E contrario quando ægit contra dominum, quasi non ignarum, postea eodem iudicio noxalem causam adiciat scientiamque domini non doceat, augere condemnationem illam tacitam dicetur, quoniam iudex tacite, vel seruum pro noxia dari iubebit. ll. supra. alleg. & .d. §. si detracta. hunc sensum Bartol. hic quidem habuit, qui & ipse non ignorauit

dominum

dominum actione noxali ad solidam damni aestimationem nominatim damnari, licet noxae deditio in solutione adsit. l. quod in haeredem § eligere. de trib. Iason superstitiose nimis intellexit, quod in actionis qualitate non varietur, ne condemnatio ob id maior, aut minor fiat, si plane ratio legis illa esset ante litis contestationem saltem emendatio non prohiberetur §. si minus. inst. de act. lex nostra sanxit, fatenturque omnes, & tamen quamprimum elegit variare non potest, vt ibidem & Bar. infra.
43 in materia cumulationis not. ✽ Aliam iccirco legis rationem puto quia eiusmodi actiones exercitio in compatibiles sunt, nimirum electione tolluntur §. caeterum
44 ver. sed. sane. inst. quod cum eo. ✽ Postremo de ancipiti libelli declaratione quaesiuit Bartolus, & eam donec sententia fertur posse fieri receptum est l. siquis intentione. de iudi. l. fi. infra. de annal. excep. si modo per actorem ipsum, non etiam per haeredem declaretur, vti Bar. asserit, quod in concernentibus condemnationem ambiguis procedere limitatur, caeterum declaratio, quae executionem sententiae respicit, post latam diffinitiuam non prohibetur singulariter Ant. de but. in. c. ii. de lib. oblat. quem & Abb. sequitur ibi ponens exemplum in. l. in dilectis § si detracta. de nox. ✽
45 Omnia ea, quae de libelli emendatione pauloante probauimus in appellatorio libello minime improbatur secundum Bal. hic, & in. l. siquis libellos. infra. de appel. in
46 .l. per hanc. col. iii. infra. de temp. appel. ✽ Secus tamen arbitratur Iason quando libellus primae instantiae in causa appellationis emendatione indigeret non enim ipsius libelli emendatio tum conceditur p not. Antonii de but. in. d. c. ii. de lib. obl. & Roma. in suo quodam. consil. vt idem Iason hic retulit, quod nusquam iure defen-
47 ditur, ✽ Siquidem prolatam sententiam appellatio extinguit, restituatque litem ad iurgium liminare, ac censeatur perinde si tunc lis contestata fuisset. l. i. in fi. ad Turpil. in casibus igitur vbi lite contestata libelli emendatio admitti solet, eiusdem libelli emendatio in causa appellationis minime denegabitur, clare hoc tradit Bar. in. l. ita demum. in. iii. not. infra. de procurat. cui ibidem Bal. & vniuersi omnes per illum tex.
48 assentiunt. ✽ Item appellationis iudicium nec a primo diuersum creditur, cum iudex de appellatione cognoscens super meritis primae causae pronunciet. l. eos. la prima ver. quapropter. infra. de appell. Sic Bar. arguit. in. l. i. in fi. infra. si aduer. liber. quare primi libelli emendationem, dum appellationis instantia pendet, non minus quam si neque sententia dicta, neque appellatio interposita fuisset, permittendam placet.
49 Vbi antea libelli emendationem, priusquam lis inchoatur, ex communi sententia generaliter permissam adnotauimus, hoc verum intelligo ni reus pro parte libellum acceptaret, actori etenim emendare fas non esset doct. in. l. Gallus § quidam recte. de lib. & post. Bal. in. l. cum praecu. infra. de lib. causa. Ias. in § omnium. col. xxiii. inst. de actio. & haec de emendatione dixisse sufficiat.

50 MVtari actionem nonnunquam licere traditur. ✽ Qua in re decidi solet ante litis exordium mutationem iuste permissam, quae trifariam, vt Paul. Castrens. & aliis placuit, de actione, aliquando de re, nonnunquam de causa fieri pot. Quapropter Bar, inquit actor si omnibus hiis renunciandum duxerit, & a lite discedat, nullo iure

prohibetur.l.postq̃ liti.infra.de pact. quod ita demum procedit, nisi reus ob sui aliquod maius commodum iudiciali sententia perorari litem postulauerit Abb.in.c.ii. col. xi.de lib. obl. vnde limitationis exempla submitto, aut idem actor non renunciat liti, eam tantum protollere temptat, hoc minime ius nouum patitur.aue.qui semel.infra.quom.& quando.iudex. istudq; identidem possessorii iudicii fauore limitatur, interim namq; propendet petitorium, donec illud terminetur Abb. c.pastoralis.col.iii.de causa pos. & propri. dictum tamen Abb. Verum an sit late differi
51 tur in.l.naturaliter §.nihil commune.de acqui.pos. Mutationem ante litis contestationem non fieri certum est, quando vnius actionis electione altera periit, tum iustus error si intercesserit, restitutionis auxilio opus est Bar.in.l. quod in hæredem §.eligere.de trib.Non procedit Rursus mutatio postq̃ semel est facta arg.l.si quis iusiurandũ.infra.de reb.cred.Quicquid deniq; circa libelli emendationẽ prohibitam proxime scripsimus,hic reperi congruit, omni casu iudicis arbitrio accedente,quod nostra præmonuit lex.

DE acumulationis(idest actionum plurium in conuentionali libello accer
52 nationis) materia differamus. Et pro regula proditum est,admitti,Quapropter diuersas quisq; actiones,pro re,& causa diuersa, vno libello complecti poterit,licet æque principaliter competant.l.fi.infra.de annal.excep. .l.si idem.de iuris. omni. iud. idem si præparatorium principali accumuletur. l. qui
53 de in offitioso.vbi glo. mag.infi.& Bar. de in offi. test. Tum quærit Bar. plures actiones æque principaliter motę vno libello,an pluribus sint inserendæ,idem respõdit,actionibus speciæ & numero differentibus propositis,plures libellos,plures conclusiones esse faciendas,aliter dicendum si numero,non etiam speciæ differant,libello vno,conclusione sola continebuntur.l.hæredes §. de pluribus. fami. herci. l. cum duobus §. si plures. pro socio. Paul. Castrensis hanc in principio distinctionem improbare conatur. ex not. per glo. ii. in. c. quærelam. de electio. Et glo. ii.in. c. dillectus. de cap.mona.multæ ibi diuersi generis actiones vno libello cumulantur,&.d.l. si idem.de iuris. dict. omnium.iud.ociose nimis, absq; dubitabili ratione lata fuisset, olim & hodię posse quempiam in libellis separatis,& iudiciis ciuiles,& prorsus actiones diuersas,contra eundẽ prosequi, indubitati iuris est,quã profecto sniam nec val de ab illa Bar. differe arbitror,& si Bar.actiões plures specię differẽtes libello vno aggregari non posse ait,nõ tñ negat,quin oẽs eadem pagina aptissime conscribantur, pro quibus instantia vna erit,sicuti diuersa capitula vna qñq; promunt sententia,nec mi
54 nus ideo separata Capitula permanent.l.etiam § i.de minor. Expluribus, namq; speciæ differẽtibus,vnũ posse fieri numero impossibile esset.l.i.C.q.num.tutel.secus atq; multis eiusdem speciei actionibus æditis,libello eodem,verborũ structura & cõclusione vnica copulantur.l.quod dicitur.l.scire debemus.de verb.oblig.in hoc articulo Bar.ita dess.cuisse proculdubio ex eius subtili inspectione decarpitur: illarum actionum cumulus probẽ fit cum altera ad pœnam, altera ad rem persequendam ex eodem facto dirigitur. l. si pro fure.§.i.de condi.fur. Potest, & quis plures actiones pro eadem causa contra diuersos ad idẽ vno libello instituere. Bar. in.l.iii.

§ i. de

.§ .i.de duo.reis.dum tamen solutione vna sit contentus.l.si pluribus. deleg.i. conclusionem istã dominus meus Alcia. hic post Purpu. ampliat, quos videre est. Cumulantur quoq; ex diuersa causa pro re eadem actiones, veluti ex stipulatu, & ex testamento rem mihi debes, vtrasq; simul actiones aduersus te iungere potero.l.hu
55 iusmodi §.qui seruum.de leg.i.l.si is de act. & oblig. ✱ Verum tale ius cumulandi ne dum actori, sed reo quandoq; permittitur, vocatus ad iudiciũ exceptionibus simul diuersis non iniq; defenditur.l.nemo prohibetur. de excep.c.post electionem. Car. di. & Abb. de concess. præb. Feli. in.c. in nostra col.ii. de rescri. at qui nonnunquã exceptionibus contrariis vtitur, dũmodo eas conditionaliter obiiciat Glo.in.l.Siquidem infra.de excep. Deci. in.l.nemo ex his.de reg. iur. nec exceptioni solum exceptionem, sed etiam actionem addere poterit, vt dominus meus Alcia. tradidit p .l.si inter me & te. de excep. rei. iud. Iudicia particularia vtrum vniuersalibus & vniuersalia vniuersalibus iungi possint Bar. latæ examinat in.l.si quis libertatem. de peti.
56 her. ✱ Non has semper actionem congeries procedere constitutum est, quibusdam enim casibus accumulationem lex inhibere solet, actioni motæ, quæ, si per diffinitiuam absolutoriam terminentur, rei iudicatæ exceptionem inferre pot.st, non aggregabitur alia, quamuis ex causa diuersa, & non ad idem competat.l.fundi.l.fundum.de excep. & Bar.in.d.l. fundum, quę iuta hic Alci. pensiculatæ declarat Exercitio nonnunq̃ actionum concursus impeditur, & si initio omnes oriantur, ideo ex pluribus vnius actionis electione facta, Cæteræ pereunt cumulationiq; minime est locus: De omnibus, quæ pro legato actionibus datur vna duntaxat legatarius experitur.l. cum filius §.variis. de leg. ii. Aut hæres cum directo, & per fideicommissum instituitur directo iure, vel fideicommissi, non vtroq; vtetur.l si.infra. de codic. Sic tributariam, & de peculio actionem habens, vtra, quam elegerit, agere debet.l.quod in hæredem §.eligere.de trib. Origine, si actiones inuicem repugnant, quia vna duntaxat nasci potest, cumulationem Reiiciendam post Dinum Bar.docuit.l.i.infra. de furt. Verum lex illa eorum dicto nequaq̃ seruit, actiones ambæ, mandati scilicet, & furti à principio oriuntur.l.si seruus ff.commo. q̃q̃ ob repugnantiam omnes nequeant exerceri, ne sibi contrarius agens sit, & omnes in.d.l.i. communi opinione hoc adiicunt, idcirco repugnantiæ, seu contrarietatis vitandæ gratia in exercitio accumulationem prohibitam fore placuit.l.si filius emancipatus. de minor. & in.d.l.i. not. vnde non poterit quis in officiosi, & falsi testamenti simul accusationem ducere.l.cum qui.infra.de inoffi. test. neq; rei vendicationi publicianam addere Glo. in §.sed istæ.insti.de acti. Sic nullam fuisse sententiã dicens, eodem libello iniquam appellare non debet Bar.in.l.si expressim.iii.q.princi. de appel. Reiicitur cumulatio quando in primo iudicio diffinitiua condemnatoria lata, & executione secura ab alia actione reus liberatur, vt si Dominus, cuius serui fu. tum fecerunt, vnius ex his nomine conueniatur, pendente iudicio cæterorum respectu non pulsatur.l.i in fi. si famil. fur. fec. dica. poterat autem pro omnibus seruis vnum à principio iudicium fieri, perinde tale furtum censetur, ac si ab vno commissum fuisset.l.si familia. de iur. omnium iud. quod ex post facto minus conceditur.d.l.i.in
57 fi. ✱ Creditur & maioritatis ratione secundum Bar. cumulatio vetita, quoti.ns cri

minalis, & ciuilis actio contra aliquem institueretur, Criminalis vti maior, donec terminatur, Ciuilem suspendet.l.fi.infra.de ord.iudi.l. per minorem.de iudi.idemq; Bart. etiam procedere putat, si ex causis prorsus diuersis hæ actiones dentur, respondens ad.l. rerum.la.iii.de actione.rerum. amot.duos aduersus fœminam accusatores extitisse, maritum pro rebus furtim amotis.alium de crimine adulterii ream
58 postulantes, Aliud dicendum, si ab eodem vtraq; dirigitur actio iuribus alleg. Minus hæsito, quin iure Bar.repiæhendi possit, vt quis vno iudicio ciuilem, & criminalem actionem ex causis separatis in aliquem rectè proponat, ni præiudicialis earum aliqua fuerit, summa ratione defenditur, cum, qui in spe, & euentu non ambiguo constitutus est, melioris esse conditionis q̃ eum, qui sub incerto, & dubio vagatur, generaliter compertum est.l. fi. infra. de compens.l. eum qui duobus. de acq. hæred.l.i.in prin. de leg.iii. Pone ergo tecum ciuiliter actum, indeq; absolutū fuisse non hercle aduersarius tuus prohibetur quominus postea ex alia causa criminali iudicio te ipsum concutiat, & tamen in spe certa, quia iam à ciuili absolutus, positus eras, igitur debes & ab initio vtrunq; iudicium simul æditum sustinere, ne cum spei indubitatæ fueris peiore statu esse inueniaris, q̃ si de euentu litis dubius esses, & vulgo dicitur, non illud optandum cuius nihil proficit aduentus.l.pen. de fidiuss. sic dicimus, vbi non obstat sententia, quia præiudiciales inter se actiones non sunt, neq; litis pendentia.l.sed si ante. de excep. videtur tex. in.l.iii. in prin. de liber. homi. exhib. Quare probabilius, firmiusq; arbitrarer sic distinguendum, aut quis ciuilem, & criminalem actionem in quempiam eodem tempore ædere vult, maioritatis tunc ratio seruanda non est, sola.n. præiudicialis causa quam tradit Africanus in.l.fundi.l.fundum. de excep. inspicitur, aut duo, alter ciuili, alter criminali actione, contra vnum agunt, quod est receptum.d.l.rerum amotarū. & Bar.ibi post Glo. in prima solutione contrarii, aut vnus criminaliter solum accusat, reus autē ex causa separata ciuilem actionem obiicit, & non auditur, maiore iudicio imminente.l.si adulterii. infra.de adulter.hoc sensu interpetramur.l.per minorem.de iudi.l.fi.infra.
59 de ord. iudicio. Quæ in distinctæ proditæ sunt, vti Salice. hic, & ibi cogitauit. Est & alia ratio, qua cumulatio inhibetur, quando vna extra ordine aliam præcedere debet, nunq̃ permittitur accumulatio.l. ordinarii. infra. de rei vend.l. incerti.infra. de interd. hæc veruntamen sententia Bar. Paulo accuratius declaranda est, quid enim si rei vendicatione acturus ad exhibendū actionē intendat, huic nēpè reiuēdicationē iungere poterit.§.si ad exhibendum.insti.de offi.iudi. ibi dum agitur ad exhibendū reiuendicatio præscribitur, quæ alias non præscriberetur si cumulari cū illa ad exhibendum nequiret &c.l.contra maiores.infra.de in offi. test. cur petitorio possessorium additur? .l. cum fundum.§ fi. de vi. & vi. arma.c.pastoralis. de causa poss. & propriet. si ratio ordinis actionum concursum infringeret? Quamobrem dictū Bar. intelligi oportuit, si causa præcedens sequenti repugnat, sicut in possessorio retinēdæ, & petitorio exemplum datur.d.l.ordinarii. & ibi. not. infra.de rei.vend. Vel si actor in secunda actione confitetur habere, quod postulabat in prima, cumulationi non erit locus, ita quidem primæ renunciatum videtur Bar.in.l.naturaliter §.nihil cōmune.col.6. ver.item potest addi regula quarta.de acq. poss. Plures aliquādo

pro re eadem

pro re eadem actiones ex vno contractu lex indulget,nec omnes admittuntur.l. de eadem. de excep. rei. iud. & hæc vera sunt, locumq; habent,si propter aduersarii factum, non minus actori qua actione experiendum sit liqueat, alioqui ambas actionis rectius copularet.l.i §.quia autem quorum. legat.oppinor ipsæ huiusmodi limitationem in proposito futilem, atq; molem,de cumulatione aliqua in.d § quia autẽ minime tractari videtur, Attianus interditum hęreditatisq; petitionem simul alternatim copulari posse voluit, testante actore ex altera,quod suum est, velle cõsequi.

60 ● Ibi igitur actionum cumulatio nulla est,quę alternatiue fieri nusq̃ inuenitur,& cumulationis exempla ante lata superius facile perhibent, scire magis dicetur ab Ariadno regulam, ne alternatiuus libellus fiat,de qua in.l.prætor § quod autem.de iniuri. arctari,limariue q; locum habeat,si modo per aduersarium factum non sit quo minus actor,quam exerceat actionem,intelligat, vel ex alia iusta causa, præter aduersarii factum idem de hoc probabiliter actor dubitansplures actiones ædat.Glo.in §.aliæ.ver.dicit,& omnes cõmuniter.inst.de actio.doc.in.c.Abbate.de te.iud.lib.vi. Obiicitur valide §.sed neq;.in auc.de fideiuss. ibi vtrisq; actionibus psonali,& hyppotecaria simul aduersus debitorem vtitur creditor, & tamen absolutoria in vna, iudicatæ rei exceptionem alteri parit.l. si deferente. quibus.mod. pign. vel hyppot. solui. præter Dinum,Cinum,& Petrum, nouissime. Bar.specialitatis rationem pro causa tradit, Deniq; post illum omnes de suo quod indiderunt, si fas esset in hos vniuersos omnes chalami aciem distringere, viciosas quidem illorũ solutiones probaremus: Alias ipsæ tyro solutionem,quam hic Alcia. Dominus meus post aliquos retulit ob magni viri applausum sequebar,in præsenti non possum quin subsistam.

61 ● Animaduertendũ tamen quoniam §.sed neq;.parum cõclusioni prælatæ officere videtur si modo legis verba curiosæ rimemur, sanxit Iustinianus, res cum apud debitorem existunt poterit creditor, siue personali, siue hyppotecaria, mox siue ambabus agere &c. quid obstat cur non dicamus vt creditori permissum sit personali tantum , aut hyppotecaria duntaxat contra debitorem vti, Præterea si voluerit vtrasq;,idest ordine successiuo exercere & poterit, exemplum tale est, egit creditor hyppotecaria ad res obligatas,quas debitor possidebat,nec inde satis debito factũ est,actionem personalem intendere poterit,hoc modo ambabus expertus esse dicetur,& verba Iustiniani id demonstrant, ibi prædictam a nobis rationem,& ordinẽ &c. alioqui ordo non esset,si casus specialis,& contra iuris regulas proditus fuisset, sed vel ius extraordinarium magis appellaretur.l.i §.sed & si ex parte. admuni. nam vt absurdum,quid vitetur ordine successiuo,& gradatim legem interprętamur.l.pe to §.fratre.l.cũ pater §.pen.de leg.ii.non mixtim igitur,sed distinctę,& successiuę Cęsaris legem intelligę. Aduersatur cumulationi identitas causæ, quando ex vno facto diuersę nascuntur actiones,ad condemnationem diuersam nitentes,has non posse iungi traditur.l.i.ui. bon. rapt. hoc tamen nusquam verum est, si altera meram penam,altera solam rei persecutionem habet q̃q̃ ex eodem facto descẽdant,tum rectẽ cumulantur.l.si pro fure §.i.de.condic.furti.& supra docuimus:In casibus quibus vel ordinis,vel maioritatis,seu præiudicii ratione accumulatio prohibetur, si nihil reus obiiceret,iudiciũ cumulatioq; ipsa ex tacito rei consensu sustinetur, arg.l.pen. infra.

de excep.quod Bar.in distinctę fatet, Dũmodo actio addita aliqua sit, secus quando propter repugnantiam, aut alterius electionem, extincta fuisset, reo adhuc tacente nihilomagis actor iuuabitur, sed iud. x accumulationem hanc reiiciet, curabitq; reus vt iudicem de hoc certiorem faciat Glo.i.l.generaliter. de excep.q; si iudex monitus accumulationem non respuerit, sentẽtia, quam dicet nulla erit vt Deci. & Alcia.do-
62 minus meus consentiunt: ✱ Iterum de calumnia super admota actione iurabitur, si nouam instantiam talis actio pariat, aliter Bar.existimat, cum prius iudicium nõ mutatur, iuramentum enim antea præstitum ad omnia, quę illa instantia emergunt, vniuersale videtur auc.in isto.infra.de iuram.calum.





Rout ædicti perpetui monet auctoritas, vel ius dicentis &c. Per hæc nouissima verba tota lex limitat, ad iudicisq; arbitriũ, & ædicti Decretũ
63 refertur. ✱ Ideo actor, qui primo actionem non infamẽ instituit, si eam mutare, famosamq; intendere, nil sibi profuturam, sed aduersario solum nocituram, vellet, iudicantis æquitate repellitur.l.in fundo.de
64 rei vendicat. ✱ Expensas omnes, & damna, quæ reus emendationis, mutationis ue causa perpessus est, iudicis officio actor restituet.l.eum quem temere de iudici.l.sancimus.infra.de iudici.l.terminato.infra. de fruc. & liti. expen. Sed an mulieri, Rustico, & minori agentibus, ne impensas reddant, ignosci debeat quæritur, frequentior sententia visa est, mulieri, & Rustico parcendum nõ esse.l.fi.supra.
65 de iur. & fact.igno. ✱ Minori vero non imputabitur, sed eius tutor, vel curator hæc damna de suo refundet.l.non est ignotum.infra de administrationę, tut.l.meminerat.infra.vnde.ui.

FINIS.

SVMMARIA AD L.I.FF.

SOL. MATR. FRANCISCI ZOANNETTI BONONIENSIS IVRISCONSVLTI CLARISS.





SVMMARIA AD·L·I·FF.

SOL. MATR. FRANCISCI ZOANNETTI BONO- NIENSIS IVRISCONSVLTI CLARISS.

1 Ciuitates hominibus impleri liberis, reipublicæ conducit.
2 Doti in dubio fauemus.
3 Priuilegiorum aceruatio in eodem subiecto reprobatur.
4 Hypoteca dotis tacita aduersus expressam alterius prælationis, aut concursus prærogatiua minime vitiat.
5 Expressum tacito anteferri oportet.
6 Ius singulare communi iure debilius est.
7 Priuilegium, quo dotis contractus prior creditur, ad maritum vxorisq; hæredes quis extraneos transit.
8 Instrumentum dotis in ancipiti casu si cum fisci contractu de prioritate temporis pugnet, non anterius (vti Doct. aiunt) actum opinamur.
9 Beneficium quod propter quempiam quis habet aduersus illum non exercet.
10 Fisci contractus in re dubitabili, si cum priuato contendat, prior iudicatur.
11 Prælationis dotale priuilegium contra eos duntaxat mulier habet, qui in mariti bonis hypotecas tacitas contraxerunt.
12 Contractus salarii profitentis Doctoris, causæ piæ, & libertatis, instrumentoq; dotali exequatur.
13 Per adiectionem horæ in contractu priuati, nihilomagis instrumento dotis, absq; horæ certitudine celebrato, eum præponi oportet.
14 Collatione beneficii ab ordinario cum expressione horæ vni, & a sede apostolica eodem die absq; horæ mentione alteri facta, apostolicæ sedis collatio antefertur.
15 Quod in libro, vel scriptura aliqua præcedit, prius illud factitatum dicimus.
16 Exollet prioritatis præsumptio in dote, quum aduersarius mulieris possessionem bonorum priorem nactus est.
17 Tam marito in exigenda, quam mulieri in dote repetenda hypotecaria ipso iure cõpetit.
18 Dotale prædium maritus non distrahit, alioqui post eius mortem mulier vẽdicaret.
19 Aduersus quæ semel placuere nobis, nequiter inniti contẽndimus.
20 Hæredibus defunctæ mulieris quibus casibus dotalem agrum a marito distractum vendicare ius sit.
21 Declaratio ad Bar. cum ratione diuersitatis.
22 Mulieris hæredibus an & quando priuilegium instantiæ iudicialis coarctandæ competat.
23 Et in personali hypotecariaq; actione, qua dotem reposcit mulier, creditoribus etiã primis antefertur, quod eius filiis solum tribui solet.
24 Contractus dotis, innominatus est.
25 Promittens dotem pro filia cogitur de bonis propriis, non autem filiæ, soluere.
26 Auus paternus dotem pro nepte dare cõpellitur, si neptis viuere aliunde non possit.
27 Pater naturalis si dotem pro filia spuria dederit de bonis filiæ, si quæ bona habuit, dotem præstitisse potest.
28 In promittentis arbitrium dotis quantitas collata recte petitur.
29 Pro liberorum numero, & fortunarum quantitate nataliumq; genere nupturæ dos constituitur.
30 Quis res dotales maritus alienare valeat.
31 In conuentionibus innominatis pœnitere non est fas.
32 Compensatio in dote fit quum vtrinq; pecuniaria causa est.
33 Differunt valde compensatio, & retentio.
34 Limitatio elegans ad. §. taceat. C. de rei. vxor. act.

35 Mater, quæ filiorum tutelam gessit, non prius dotem ab his consequitur, q̃ de reliquis administratæ tutelæ satisfecerit.

36 Plures casus, quibus non est præcipua dos.

37 Dictionem, ferè, præter omnium sententiam de lege ista subduci oportere.

38 Aduerbium, vbiq;, qua nam ratione in lege nostra inscriptum fuerit, & id, neq; a Pomponio factum.

39 Instantia dotis triennio emenso perit.

40 Causa dependens, & spirituali connexa non triennio, vti nec spiritualis, finitur, si modo incidentes de ea cognitio fit, secus quando per se principaliter mota est.

41 Statutum, siue lex generalis dotis quoq; causam comprehendit, ni lege aliqua contrarium nominatim caueatur.

42 Non adstringitur mater filiam dotatam facere, aliquibus exceptis casibus.

43 Quando frater sorori vtrinq; cognatæ dotem constituere debeat.

44 Dotandi munus ad hæredem pertransit.

45 Non ex hæredis persona obligationis conditio est immutanda.

46 Legis fictio personam, in qua principalis fictio est, minime transgreditur.

47 Statuto si caueatur pro damnato filio ad legitimam usq; patrem teneri, & filius iuris fictione damnatus, quia ad iudicium vocatus non venit, non tenetur pater.

48 Mutum dotem per se, & stipulari, & promittere absq; sermo aliquo fauore dotis lex fingit.

49 Deiurium, in quibus principalis ratio publica est, minime ligat, aliter vbi secundario publicæ interest, tunc enim iurantem adstringit.

50 In hac lege Pomponius non de vtilitate solum publica nominatim, sed & de priuata fœminarum itidem meminit.

51 Fauore duntaxat publico, atq; priuato mulieris non etiam patris, maritiq; gratia præcipua dos habita est.

52 Quo facilius dotata sit mulier, & ne a marito vellicetur priuilegia multa pro exactione promissæ dotis antiquitus, & nunc viro lex dedit.

53 Doctores parum æque intelligunt. l. sed est quæsitum. & l. si quis posthumos. ff. de lib. & posth.

54 Mulier quæ natiua sterilitate infœcunda est prærogatiuis dotalibus gaudet.


55 Quæ fato accidunt mulieribus damno non sunt.

56 Mulier valetudine effecta sterilis priuilegia doctium habet.

57 Doctor qui palam profitetur an interpellantem Artificem prohibere possit.

FRANCISCI ZOANNETTI BONONIENSIS IVRISCONSVLTI CLARISS. COMMENTARIOLVS AD .L. I. FF. SOL. MATR.

Procemium.



BERIVS Forsitan studiū meum huiusce legis interpretatio eduxisset, si à plerisq; talem operam plus satis præstitam non viderem, Plurimos equidem scio, & copiosè & subtiliter non hic solum, sed alibi etiā pluries de Restitutione dotis disseruisse, eiusdemq; Tractatus amplissimos composuisse: Neminem tamē ita scitè, eleganter, doctè, atq; omni in parte concinnè & argutè, de lege hac ipsa, vt Celeberrimum illum Alciatum dominum meum Reueren. promeritum fuisse Agnosco, Ipsæ enim per veros tramites exceptionibus oportunè admotis id totum opus decorauit, Ideo purissima eius, obseruatissimaq; vestigia hoc in loco prosequi non ab re diffido, cum omne, quod decens, oportunum, ac necessarium fuerit, ipsę idem incomparabili facundia refertæ nobis iam diu pręstiterit, atq; in nihilo prorsus, quod Responsum id expeteret, vnq̄ defecerit: Studium itaq; nostrum. (sic.n.opinor) in reliquis Commentariis accōmodatius ingrauescere, atq; augeri potuit, in his vero & arctè, & summatim idipsum accōmodaui, quo magis Amici quid in me meditentur haberent, eorumq; occulta iudicia in dies sæpe conuellerem: q̄ vt fœcundissima, post Alciatum, Commentaria huic legi iungere putem.



OLENT Peritiores ex communi sententia legis casum proponere si eodem die bini cōtractus rogati dicantur, quorū alter dotis causam habeat. & ille prior celebratus creditur, causa etenim dotis propter libero-
1 rum pro creationem, ✠ Quibus ciuitatē repleri reipub. expedit, Vbiq;
2 semper præcipua est: ✠ Ideoq; in dubiis dotis fauemus. l. in ambiguis. supra de iur. doti. hæc satis locum habent, quando vtraq; in conuentione hypotecaria expressa inerat Iason hic late in. ii. lect. post aliquos tradit, si autem mulier tacitam, alter vero expressam in mariti bonis hypotecam eodem die acquisiissent, in fauorē dotis æque nos responsuros Bal. nouel. in tract. doti. nona parte,
3 primo speciali, existimat, quod minus probabile crediderim, ✠ Quum multa simul concurrerent priuilegia, sic enim priuilegii iure hypoteca tacita præsumeretur, & hanc in dubio expressa alterius priorem fuisse diceremus contra not. per Bar. in. l.

iurisgentium § quinimmo.circa fi.supra.de pac.l.i.C.de doti.promis. vbi priuile/
4 giorum cumulus in eodem subiecto reprobatus est: ❁ Tum quia dotis tacita hy/
poteca aduersus expressam alterius priuilegium nullum habet.l.assiduis § ad hæc
.C.qui.poti.in pig.habeam § fuerat.ibi not.inst.de actio. Cæterum magis est vt in
casu proposito expressam alterius hypotecam antiquiorē potioremq; ipsa dotis
5 tacita iudicemus. ❁ Et vulgo fertur expressum tacito præferendū.l.cū ex filio § filio.
infra.de vulg.& pupil. Item hypoteca expressa iure communi,tacita autē iure spe/
6 ciali conceditur.d.l.assiduis: ❁ Sed ius singulare molius atq; debilius est iure commu/
ni § quia vero verisimile.in auc.de non.alienan.l.eius § militia.infra.de mil.test.Ex/
pressam igitur hypotecam eo die priorem contractam opinarer arg.c.si a sede.
7 de præben.in.vi.l.si duas.infra.de excus.tuto. ❁ Hoc priuilegium prioritatis præsu/
mendę. Bar.col.i.circa fi.ad maritum mulierisq; vniuersales hæredes quoscūq; pro/
ducit,nec enim soli mulieri id.sed eius doti vel contractui datur,merito quiuis etiam
hæredes tali prærogatiua gaudebunt, quod iustum arbitror & infra.sequenti capite
vbi de priuilegiis dotis solū agemus, quę Socino contra facere visa sunt,confutabo:
Nihilominus instrumentum dotis si de tempore hęsitetur citius factum doctores au/
tumant,Tametsi mulier cum fisco super hoc litem habeat. Bar.in.l.dotis.C.de iure.
doti.in.l.ad exactionem.C.de dotis.promis.& Alex.hic. plerosq; alios eiusdem opi/
nionis sequitur,potissime adducunt.l.non puto.infra.de iure.fisci. Qui aduersus fi/
scum in lite dubia sententiam recte dici affirmant, & ratio manifesta vrget, vt
Socinus ait, qui priuilegio sanè maximo donatus est, habenti leuius anteponitur
Bar.in auc.quas actiones.C.de sacro.sanc. eccles.l. verum.in fi.supra.de minor. mu/
lier autem in dote validiore vtitur priuilegio, cum antiquioribus in hypoteca cre/
ditoribus præferatur.d.l.assiduis. q̄ fiscus,qui priores in hypoteca creditores sequi/
8 tur.l.i.C.rem.alie.gerent. ❁ Ab hac ipsa cōmuni sententia facile recedo,minus atq;
reor secundum mulieris intentionem iudicandum,quin potius fisco æqualem & cū
eo æque admittendam videri, Nam quod cuipiam propter me datur longe magis
mihi non denegatur.l.dedit.ver.quippe officium.infra de col. bonorum.sed mulier
propter rempub. seu filium prælationis priuilegio gaudet, vt hic, iccirco talem præ/
9 rogatiuam & fiscus habebit: ❁ Peruulgatumq; illud occurrit beneficium, quod pa/
ter filii sui vel alterius gratia habet,aduersus eundem iurganti patri nō proficit.l.ami/
cissimos § Lucius.& Bar. ibi.infra de excus.tuto. si igitur propter fiscum in hypote/
ca mulier præferatur, fisco ne quidem ipsa in prælatione potior erit: Quamobrem
Antoninus Imperator ab Valentiana fœmina consultus, quod priuilegium aut fi/
sci,aut dotis in mariti bonis firmius fortiusq; haberetur,idem Cæsar rescripsit,ex tē/
poris antiquitate hoc inspiciendum vt idipsum,quod petitur,tempus terminet, nō
autem priuilegii ratione pensetur.l.ii.C.de priui.fisci.sic.n.fiscum. & mulierem in
10 dote sua æquali iugo Accursius ambulare tradit, ❁ Et sicut instrumentum dotis sub
dubio prius celebratum iure speciali creditur,ita instrumentum fisci cum alio q̄ cum
muliere agētis antiquius in re dubia opinamur.l.i.& Bar.C.de iure.fisci.lib.x. Nō ob
stat.l.non puto.infra.de iure.fisci.quam de doctore loqui Consiliū in quæstione du/
bia contra fiscum præbente proculdubio existimo, tum is duplici ratione insons,

neq;

neq; eius consilium fiscum obligat glo.in.c.nullus ex consilio.de.reg.in.vi. neq; in re ambigua.qui alteram partem defendit,puniri conuenit glo.instit. de oblig. quæ. ex quasi.delic.nas. in prin. ver.videbitur &c, minus Socini ratio offendit falsum es se quippe dixerim fiscum antiquioribus habentibus tacitam nõ anteferi, fiscus nãq; & mulier pro dote priuilegio cõsimili vtuntur,& quicqid mulier propter fiscum habet,fisco magis conceditur vti nos proxime docuimus,lex v.ro.vnica.C.rem. alien. gerēt.loquitur qñ debitoris bona prius tacite erant obligata, & debitor condemnatus iudicati actione obnoxius erat, cuius bona p executione sntiæ iudicialiq; pignore sumendo sunt parata.l.à diuo Pio § in venditione.infra.de re.iud. & creditor ex causa iudicati speciali iure expressam alterius priorem hypotecam interrumpit. d l. à diuo § quod si res.de re.iud.quam obligationem expressam & priorem mulier tacita,& inferiore hypoteca neq; interpellat neq; præcedit.glo. mag.in.l. assiduis. C. qui pot.in pig.ideo creditor ex iudicati causa potior censetur,nimirum si fiscus priori tacitæ eo casu postponitur,quia in muliere ob iudicati causam haud secus dicendũ foret,iura quæ dotis causam potiorem constituunt, creditoribus ex causa iudicati

11 anterioribus mulierem non præponunt, ❀ Sed contra habentes duntaxat antiquiores tacitas priuilegium mulier exercet.d.l.assiduis.& § fuerat.instit.de act. merito in casu. d.l. vnic.r.illos creditores nec etiam mulier ipsa, sicut nec fiscus præcederet;iis consequens est in fauorem fisci pronunciandum quoties cum priuato de obligationis prioritate sub dubio contendit,siue idem priuatus lucratiuo,siue oneroso titulo fiscum præcedere cupiat,fisci enim causam non ab similem à dotę putamus,quę

12 cæteris eiusdem obligationis creditoribus antecellit. ❀ Huiusmodi priuilegium ad contractum salarii profitentis Doctoris, causæ piæ,& libertatis vniformi ratione Bar. Alex. Soci.& Iaso.extendunt,q pro his incertis,quemadmodum in dote, facile respondeamus. Non procedit prædicta conclusio,nec pro instrumento dotis præsumitur,quoties aut alterum instrumentum certa dici hora factum probatur, aut, idem tabelio contractus vtrosq; scripserit, aut naturalis ordo poposcerit aliud, aut possessionem bonorum alter aprehenderit,Sic itaq; instrumentum priuati non priuilegiati horam specificam continens contractui dotis non habenti horam (vt pote certius)Cin.Bal.& Alii.in.l.de rebus.C. de don. ante nupr. anteferendũ existimãt

13 qua in re Io.de platea.in.l.i.C.de iur.fisci.lib.x. non ab iis dissensit. ❀ Sed horum limitationem exeo falsam tum animaduertimus, quoniam apositio horæ in altero, non negat præcessisse alterum dotis instrumentum,neq; inclusio horæ in vno, nisi de vtriusq; hora constet,quominus aliud antiquius fuerit excludit not.in.l.si expluribus § fi.infra.de solut.& iuris præsumptionem,certam atq; indubitatam probationẽ dicere solemus.l.si tutor.glo.& Bal.C.de peric.tut.igit dotis cõtractus vti certior & antiqor pp liqdissimã iuris pbationẽ est pferẽdus, inique admodũ cũ muliere ageretur,si fingamus instrumẽtũ alterius vltima diei hora factum,quamobrem illud,velut certum magis,contractui dotis præponi debere, cum instrumentum dotis eo casu

14 prius celebratum omnino credendum sit.l.proximus.infra. de verb.signifi. ❀ Quid nobis placeat decollatione beneficii ab ordinario & à sede Apostolica diuersis petentibus eodem die concessi si in horæ prioritate controuersia fiat,ex ante latis suggeri

tur: Tabelio idem ambos adscribens contractus præsumptionem dotis expugnat.
15 ✠ Series nanq; prothocolli quis prior quisue posterior fuerit demonstrat, vt pri/mum occupans locum prior etiam factus dicatur. l. quotiens. supra. de vsufr. & in. l. constit. C. in § quibus. Huic rursus locum fore intelligas ni Tabellionis scriptura prę postera sit, quia & necessitas teiq; substantia inferius scriptum prius tamen actum fuis se expostulet. l. cum in testamento § hæc verba. infra. de hæred. inst. & Alex. respon/dit consil. cxii. lib. v. Super eo dubio, quo quęritur &c. sed & quotiens naturalis ordo, sicuti habitus & priuatio, contractibus inest tum iuris præsumptionem cessare So/cinus ait, priuationem n. post habitum sequi oportet. l. decem. infra. de verb. obli. l.
16 cum proponatis. C. de codicil. ✠ A eque pręsumptio dotis exolet quando mulier cū altero creditore, qui mariti possessionem bonorum prior nactus est, litigat, posses/sionis vtilitas tum priuilegium dotis vincit. c. si à sede. de præben. lib. vi. & las. com/pluria de hoc scribit. De instrumentorum prælatione hæc, quę præ manibus fuerūt, disseruisse sufficiat.



Dotis causa semper & vbiq; præcipua est &c. sub generali verbo omnia, quæ dotis fauorem respiciunt iureconsultum voluisse complecti veri/simile est, sic Bar. relatas omnium ab Accursio opiniones diuersis ratio/
17 nibus probas existimauit. ✠ Quoddam in primis tacitæ hypotecæ circa dotem præcipuum datur, vt vel muliere, aut pro ea dotem altero numerante mari/ti bona ad repetendam dotem ipso iure hypotecaria actione teneantur, vel marito simili modo eius bona, qui dotem spopondit, pro exigenda illa obligātur, neq; im/peritia, neq; rusticitas sua cuiq; nocet, defectus. n. omnes isto casu lex supplet § & vt plenius. C. de rei. vxo. act. & vxore defuncta ad eius quoscunq; hæredes hypotecam hanc pertinere Bar. probat § fuerat. in fi. insti. de actio. quod ex eo magis depræhen/ditur, quia non soli mulieri, sed & marito id tribuit lex. d. § & vt plenius. Aliarum ve/ro opinionum autores quidam huic conclusioni ita obstrepūt, & satis (inquiunt) co/gnitum est ante direptum matrimonium pro dote actionem haudquaquā nasci. l. si constante § i. vbi. not. infra. eo. in matrimonio itaq; diem muliere functa talis hypote ca, quę nulla sine principali actione fuit, in hæredem transire nequit. l. fideiussor obli/gari. in prin. infra. de fideius. contra ea ipsæ putarim, constante adhuc matrimonio dotis actionem sub illa conditione, si matrimonium disoluatur, positam esse, cuitū obligatio hypotecæ non iniquæ conditionaliter accedit. l. i § fi. & toto. tit. infra. vt leg. nom. caue. sicq; tacitam hypotecam matrimonii tempore conditionaliter mu/lierem habere, eamq; ad hęredes transmittere, arq; de ea ipsa Bartolum hic sensisse rationi congruit saltem quando viri morte separatur matrimonium, siue ino/pia eius crassante dotem reposceret mulier, sententia Bar. Iustissima foret, contradi/
18 tores tum nulli ea in re existunt. ✠ Aliud est propter dotem ab lege Iulia speciale in/troductum, ne marito dotale prædium alienandi potestas sit. l. lex Iulia. supra. de fun. dota. quod vbiq; locorū seruari Imperator iubet. inst. quib. alie. licet. vel nō. in prin. alioqn distractū vendicat postea mulier, & id quoq; priusquā matrimoniū fiat Iuliani interp̄tatione obseruat. l. non sine. C. de bonisq; lib. Et hoc silr ad mulieris hæredē

quemlibet

19 quẽlibet,pduci Bar.opinat̃ dũmodo vxori hæres maritus nõ fiat, * Aduersus,ppriũ
factum reclamare nimis graue est.l.cum vir.infra. de vsucap. sed planè iure nouo &
antiquo contrarium disponi videtur,atq; mulieri solum vendicandi ius tale cõpe-
tere §.fi.in auc.vt immobil.ante nup.doua.de alienatione dotalis fundi verita ibidẽ
Imperator loquitur,vti ex rubricæ nigriq; verbis aperte liquet,& tamen cæteris om-
20 nibus preter mulierẽ alienata per maritũ immobilia vendicare denegatur, * Quam-
obrem aliquanto accuratius id decidi potuit,hæredibus mulieris totiens dotalis fun-
di recuperandi ius tribui,quotiens mulieri idipsum morte,viri seu alia ratione com-
petit,tunc ad hæredes ipsa transmittit.l.si maritus fundum in fi.l.dotale § hæredi. su-
pra. de fun.dota. secus quando in matrimonio præmoritur mulier,ius, quod vxori
superstite marito acquisitum non est,in hæredẽ non trasfertur.d §.fi.in auc. vt imob.
ante nup.ita in simili adnotat Bar.in.l.quia tale.in.l. post dotem.col.fi.infra. eod.l. si
vsufructuarius messem.supra.quibus mod.vsusf.amit.De priuilegio dotalis instru-
menti,quod prius rogatum iure præsumatur,doctores sic probabiliter scribendum
iudicant,vt itidem mulieris hæres illud habeat,Soci. deinde Ias. argutiis quibusdam
suis eos moliter reprehendunt,quibus nostrates respondere temptant,priuilegium
q; mulier antiquioribus tam impersonali, q̃ in hypotecaria creditoribus p̃feratur in
casu certo indubitabiliq; est positum.l.assiduis.C.qui.potio. in pign.habean. non sic
de priuilegio prioritatis præsumendæ in celebrato contractu dici poterit, quia illud
in casu ancipiti & ambiguo prærogatiuam illam sibi arrogat vt lege nostra &.l. in
ambiguis.infra.de reg.iur.merito diuersitatis ratione inter hęc , & illa prioritatis pri-
uilegia differentiam constituisse Bartolum nouimus,argumentaq; à causa dispari &
separata ad in ęqualem & remotam minus subsistunt:Cęterum adhuc ipsæ reor re-
sponsionem istam obiectis Socini parum congruere,reiicitur ipsa quidem ex indu-
ctione.d.l.assiduis.quam idem Soci.aduersus communem sententiam contorquet,
21 * Qua in re diuersam ex alio rationem in vno atq; item in alio prioritatis priuile-
gio excogitasse Bartolum censui, priuilegium,quo cæteris creditoribus mulier an-
tefertur, aut mulieri aut propter mulierem dotis actioni,quo autem dotis contra-
ctus priore diei hora initus præsumitur, vel doti quin potius contractui lege tribui-
tur,Ideo vnius transitum ad hæredẽ permitti, alterius vero inhiberi diuersa ratione
doctores addicunt.Instantia dotis cum mulier agit præcipua estimatur & longiores
dilationes resecare ad mulieris fauorem ius dicentis officium est.l.ii.infra.de re. iud.
22 * Idq; ad mulieris hæredem deuoluitur, si modo mulier de dote experiri antea in-
cœptarit.l.si eum hominem.infra.de fideius. alioqui mulieris hæredes non ex de-
functæ persona sed ex eorum paupertate,quando miserabiles iudici videntur, dila-
tiones pręscindi causamq; citius terminari postulabunt.d.l.ii.de re.iud.Alia sunt ob
dotem priuilegia,quibus stipulatio & si non intercesserit pro dote,aut reddenda, aut
exigẽda, intercessisse fingitur.l.i.in prin.& §i.C.de rei.vx. act. ipsaq; stipulatio q̃q̃
stricti iuris alias natura sui fuerit , eo verũtamen casu bonæ fidei esse largitur.§ fuerat.
instit.de actio.quæ & ipsa ad hæredes mulieris quoslibet specialia æque perueniunt
23 .l.i §.illo.C. de rei. vxor. actio. * Speciali quoq; iure tũ ipersonali,tum in hypote-

caria pro dote actione creditoribus mulier & ante matrimonium copulatum,& post nuptias celebratas anteponitur.l.ii.in fi.&.l.dabimus.infra. de priuileg.credit.l. assi duis.C.qui.potior.& hęc hæredibus mulieris,pręterq̃ filiis,minime danť.l.i.C.de pri uil.dotis.l. etiam.glo.Alexan.infra.eo.&.d.l. assiduis. in §. exceptis. Pacto nudo ante Iustiniani latam legem promissa dos nihilominus executioni dabatur.l.ad exa ctionem. C.de dot. promiss. mulieris hoc quippe interest, cui soli repetendę dotis actio nonnunquam tribui solet.l.i § accedit. C. de rei vxor act. nec ideo Petri in natur opinio,qui pactum nudum in dotis pollicitatione nullum olim videri putauit contractum nanq; dotis(ipsę inquit) nomine proprio appellamus,inde ergo iurę communi,non priuilegii ratione actionem antea profectam traditur.l. iurisgentiū.
24 sup.a.de pact. ✱ Petrus cauillosæ nimis & inscite prædicta obiicit sicuti ex distin ctione Bar. percipimus in.d. l. iurisgentiū. in prin. quam inter contractus ab initio pactionis nomen sibi sumentes,& illos,qui ab eff. ctu executionis denominātur,sta
25 tuit. ✱ Dotem pro filia si pater aut dederit,aut spoponderit ex bonis propriis non etiam filiæ dedisse cogitur.l.fi.C. de dot. promis. & tamen alias filii bona patrem prius erogasse videri dicimus.l.fi.supra.de peti.hære. Quiescere id priuilegium Bar tatus est in.l.nescēnius.supra.de neg. gest. Quando in filii seu filiæ bonis administra tionem pater gerit,vt ibi,quod omnes improbabant,lex.n.finalis præallega.de bo nis etiam maternis,quorum pater administrator est, loquitur, & Vlpianus nomina
26 tim cauit.l. profectitia § fi.supra.de iure.dot. ✱ Idem munus dotis constituendæ ad auum paternum eodem iure extenditur.l.dedit dotem.infra. de col.bon.l. & ideo. § fi.cum.l.sequenti.supra.de in rem. verso. Franci. Areti. consil. xvii. col.ix.x. ver. uenio igitur ad quartum &c. nisi pater neptis aduētitias fortunas haberet, vnde dos capi posset,ipsi tunc nō aūt auo dotem parare conuenit.Bal.Sali.in auc.res quæ
27 .C.com.de leg.& hic Ias.col.vii. ✱ Limitantur prædicta neq; his locus est, cum pater naturalis pro filia Spuria dotem præstat, de bonis filiæ dare intelligitur.l.vxo
28 rem § pater naturalis.infra.de leg.iii. ✱ Fauore speciali dotis, eius promissio ad promittentis arbitrium confertur, remotoq; arbitrio non minus incerta dos recte petitur.l.cum post § gener. supra de iure.dot.l.iii. C. de dot.promis.quamuis ge neraliter,& rei promittendi voluntas,& incerti promissi dubietas pactam conuen tionem inanem reddat.l. hæc venditio.in prin.supra.de contrah.emp.l.ita stipu latus.in princ.infra.de verb.oblig.Verū Accursium,demum Bar.huiusce opinionis sectatorem satis errasse comperimus, neutro enim casu præcipuum aliquod inesse
29 potuit. ✱ Vel de patre,vel de tutore,siue curatore quæramus,qui pro fortunarum quantitate liberorum numero & natalium viri dignitate nupturę dotem constitue re compelluntur.l.fi.C.de dot.promi.l.qui liberos.infra. de ritu.nupti.l.si filiæ.infra. de leg.iii. &.d § gener. eorum igitur arbitrium, quod promissæ doti iungitur, va num,atq; futile habetur,& quæ initio incerta quātitas promissa fuit, facultatibus po stea patris & viri dignitate pensatis certior apparet; aut ipsa nubens mulier vel pro ea extraneus dotem incertam spondet,tunc quæstio dirimitur.l.i.C.de dot.promis.
30 vti Soci.col.viii. subtiliter differit. ✱ Neq; dotale prædium maritus distrahit.inst.

quibus.

quibus. alien. licet. vel non. quamuis quiſquis rei ſuæ dominus alienandæ eius fa/
cultatem habeat. § per traditionem. inſt. de rerum. diui. ſimili modo res mobi/
les dotis quæ temporis diuturnitate deteriores non fiunt, ſed eiuſdem bonita/
tis permanent maritus minime conſumit, ni regulam. auc. ſiue à me. C. ad
Veleia. obſeruari curauerit, ſic Glo. ibi & Bar. hic ex mente Cæſaris conſtitue/
runt: exiſtentes vero dotales res pondere, numero, vel menſura, aut tempo/
re ſi fiant detritę per maritum obligari poſſunt. l. res in dotem. l. ita conſtante. ſu/
31 pra. de iure. dot. * Fauore quoq; præcipuo in conuenctionibus dotium inno/
minatis pœnitere non iuuat, quanquam regulariter ſecus. l. ſi ego §. ſi reſ. ſupra.
de iure. dot. Bal. in. l. ſicut. in fi. C. de acti. & obligat. Permulta deniq;
eiuſcemodi priuilegia Accurſius Barto. Bal. nouell. in Tracta. dotium. Pauſ.
32 Caſtrenſis. & Alexan. hic dinumerarunt. * Quale & illud Gloſator meminit,
ne compenſantio in dote fiat. l. vnica §. taceat. C. de rei. vxo. actio. quod
hercle & Pauli, & Papiniani ſententia refragante cum vtrinq; pecuniaria cau/
ſa eſt minus probauerim. l. res. iudicatæ §. hæredi. Et ibi Bar. l. diuortio §.
ob donationes. infra. eo. nec obſtat. d. §. tacear, vetuit quidem Imperator ob
33 debitas ſpecies retentionem dotis. * Valdeq; inuicem differunt & compen/
ſatio & retentio, quibus eſt enim compenſandi ius, debitum compenſando eos
perſoluere dicimus. l. ſi debitor. ſupra. qui potior. in pign. habean. qui vero
aliena apud ſe iure retinent, non compenſationem deſiderant, ſed donec ſa/
tisfactum ſit rei incumbunt. l. ſi non ſortem §. ſi centum. ſupra. de condict.
in deb. & toto tit. de pignoribus, ſic retentio de ſpecie aliqua propter quan/
titatem debitam fiet, atqui compenſatio de quantitate liquida ſolum ad quan/
titatem aliam æque expeditam. l. fi. C. de compenſ. & iuribus. ſupra. alleg.
Rerum itaq; dotalium prohibitam duntaxat priuilegii iure retentionem dixe/
34 rim. * Cæterum concluſioni prædictæ, non eſt locus &. d. §. taceat. exolet.
35 ſi mulieris voluntate dos obligetur vti in matre tutrice. * Quæ filiorum cu/
rationem ſuſcipiens omne reſpuit priuilegium iux. §. quia vero in auc. vt ſine
prohib. exemplum fingi poterit, priuſquam de reliquis adminiſtratæ tutelæ ſatis
ipſa fecerit, eius dotem ab filiis non iniuria retineri Socin. Reſpondit Conſil.
xxviii. Diligenter &c. lib. ii. Decius conſil. xxiii. conſuluit &c. lib. iii. con/
ueniunt notata per Bal. in. l. penul. C. depoſi. & Corne. conſil. lxi. col. viii.
36 lib. iii. & nos aliquando interrogati ſic affirmauimus: * Nonnullis caſibus ſpe/
cialitates dotis infirmantur ſuccumbuntq;, vt ſi marito pecuniam per comparatio
ne militiæ teſtatione inſcriptis mutauerim, vxorem illius in militia empta præce/
dam. neq; dotis cauſa etiam antiquior mihi vel præfertur, vel exequatur § quia ve/
ro el. i. in auct. de æqual. dotis. auct. quod obtinet. C. de pignor. quando item de mo
naſterii & dotis cauſa quæritur religio potior eſt. Bar. in auc. reſq;. ver. quæro an
ꝑ filia. C. com. de leg. per. auct. niſi. C. ad treb. vel cū de libera teſtandi facultate agi/
mus eam maiorē lōgæq; fauorabiliorem dote Principum cōſtitutionibus eſt ꝓdi/
tum. Quãobrē dotali inſtrumento pater ſi genero in certa parte filiã hęredē ſibi futu/

tam promittat, captiosa propemodum hæc pactio liberam testandi potestatem interimens estimatur, atq; dos pro filia sic constituta minus debetur. l. pactum quod dotali. Bal. Sali. & Iaso. in fi. C. de pac. l. hæreditas. C. de pac. conuen. Nec diuersum in libertatis causa fore placuit, ipsa nanq; dotis fauorem expugnat. l. i. C. de ser. pig. dat. manu. glo. in. l. libertas. la. ii. infra. de reg. iur. sic primipili rationem Imperatores doti præferunt. l. vtilitas. C. de primipil. lib. xii. l. satis notum. C. in quibus. caus. pign. tac. contrahatur. Simili modo impensæ funebris rationem prius habendam quàm mulieris hæredi restitutio dotis fiat Papinianus, & Iulianus, Vlpianusq; conscripserunt. l. in eum. l. sed si. l. impensa. supra. de religios. & sump. fun. Idem ipse reor quotiens mariti hæres, aut extraneus quippiam in funus defuncti mariti, cuius soluendo non est hæreditas, quid de suo impẽdit, vxori tum pro dote agenti recte anteferetur. l. si § in computatione. C. de iure. de lib. & hic Ias. nu. viii. præsensit, dotibus indistincte asserens impensas funebres iure speciali antecellere: Idem iuris de sumptibus factis in ægritudine mariti mortui esse arbitror, nihil enim funeris ab infirmitatis sumptibus impensam differe placuit. l. in restituenda. C. de peti. hæredit. l. legatum. C. de relig. & sum. fun. ideoq; creditores ipsam, sicuti funerariam, ex bonis mariti ante dotem capient. Quapropter & constitutum fuit ne maritus dotis iudicio ob reuerentiam thori, nisi quatenus facere potest condemnationem sustineat. l. maritum. l. alia. § eleganter. infra. eo.

37 l. i. § cum autem. C. de rei vxor. ✠ Hiis sanè congruit ineruditas inscitasq; nimis Accursii, Bartoli & aliorum subauditiones ad legem nostram censeri, propter exceptiones quasdam, quibus fauor dotis nonnunquam postponi ac restringi soler, Dictionem illam, ferè, huic legi iunxerunt, atq; ita Pomponii Responsum describi volunt, dotis causa ferè semper &c. Cum sæpe & multis iuris regulis, quod generaliter seruari præcipitur, quamuis casu aliquo uacet & ab regula prorsus declinet nihilominus talem regulam legumlatores sub hac dictione, semper, custodiendam iubent. c. plus semper. vbi glo. latissime. de reg. iur. lib. vi. Et in obscuris quod minimum est semper sequi oportere admonet lex. l. semper in obscuris. infra. de reg. iur. attamen non minimum semper sed vt aliquando res valeat, q̃nq; vt nihil actum sit magis curamus. l. quotiens in stipulationibus. l. inter stipulantem § si stichum. infra de verb. oblig. & in. d. l. semper in obscuris. not. nec ideo minus regulæ generaliter disponunt. Quocirca infaustas antiquorum supletiones de medio tollendas, & legem hanc simpliciter proferendam censuerim. Obiicitur demum verbis illis, vbiq; &c. Pomponii huiusce legis auctoris tempestate non erat omni in loco præcipua dos, atqui dotalis fundi distractionem Italici duntaxat improbabat Iulia lex. l. vnica § & cum lex. C. de reipub. vxor. act. vt legum repugnantias flecteret ac comulceret Bartolus modo ab lege Iulia passim idem obseruatum, modo aduerbium illud, vbiq;, pro omni tempore intelligendum probat, & primum (sic opinor) est falsum, Iustinianus quidem duo legis Iuliæ capita corrigens ad prouinciale solum priuilegium, quo prædia tantum Italica legis Iuliæ beneficio vtebant̃ transtulit, fundiq; distractionem seu alienationẽ

neq; in

neq; inuita, neq; consentiente vxore fieri mandauit instit. quibus. alien. licet. in prin. perquàm absurdum sit aduerbium loci, pro tempore interpraetari, qui humaniores disciplinas colunt non latebit, atq; iure quidem plusquam illud mani-
38 festum est. c. vt officium. de haereti. lib. vi. instit. de vsucap. in princi. ● Ex obice itaq; proposito probabilius dici posse conicctamus ne scilicet à Pomponio huiusmodi verbum, sed ab iuris compilatoribus in lege additum fuisse, qui potestatem hanc auctoritate Caesaris profitebantur § quibus. in prima consti. C. vti nos quandoq; alibi ita factum legimus. in. l. ii. infra. de iniust. testam. Et glo. ibi, idq; in. l. i. infra. de leg. i. compilatores perpetrasse dominus meus Alciatus percensuit.


39 QVAESITVM Est praeterea num instantia dotis triēnio emenso pereat, aut potius perpetuo duret. ● Et omnibus fermè quidē placuit triennii cursu, sicuti reliqua priuata iudicia, eam perimi. l. properādum. in prin. C. de iudici. optima ratione posse id probari arbitror, causae nanq; ciuiles terminum habent praestitutum ne causam criminibus praebeant. d. l. properandum. fauore igitur publico generalem aeditam constitutionem non facile restringendam arctandamue Iureconsultus putat. l. si quis in graui § vtrum. infra. ad Syllania. Cumq; aduersum receptam sententiam nihil quod vere defendatur allatum fuerit, illam dubio procul veriorem iudico, atq; ideo Iasonis hic & Ludouici Rom. in singularibus suis acutae nimis & futiles contrariae rationes visae sunt, quemadmodum & fisci & publicarum functionum lites (hii aiunt) praecipuo fauore tempus ciuilium quaestionum non obseruant, & minime triennio coërcentur. d. l. properandum. ita dotis instantia, quae fisco adequata est, vltra triennium produci poterit, Prudentibus etenim libuit limitatam legem ad alios recte extendi casus, quibus ratio eadem insit. Bar. in. l. si constante in prin. infra. eo. l. i. ibi not. C. de condi. indeb. Abb. in. c. ad audientiam. i. not. de cleri. non resid. Enimuero ipse his aequidem parum moueor, tametsi dotis fiscíq; causa in bonis mariti hypotecatis pariformiter ius vendicet. l. ii. C. de priuil. fisci. non tamen infertur eandem fore in reliquis vtriusq; causae rationem, instantia fisci principaliter est publica dotis vero priuata in primis & secundario publica putatur, vt hic Bar. de hoc plura latius congerit, quapropter receptum est ciuitatum lites, quae Reipublicae secundario duntaxat esse nouimus, tertio saltem anno à die contestatae litis, terminari debere. d. l. properan-
40 dum. in princ. ● Leuiter itidem nos offendit q; ecclesiarum seu spirituales causae, & quae ab illis pendent perpetuo agitari possunt, nec illarum diuturnitatem triennii finis cohibet. c. pen. vbi Goffre. Abba. & omnes. de iudici. c. fi. de iudici. lib. vi. elemen. dispendiosam. de iudi. Respondetur verissimum esse in dependentibus & causae spirituali connexis, quae incidenter in causa spirituali principaliter mota aguntur praedicta procedere, secus vero quando causa dependens à spirituali, vt est matrimonii, vel dotis instantia, in iudicium principaliter deducitur, tum ordine alio cognoscenda erit Bal. Ang. & Paul. Castrensis ius canonicum

ita præcipere intelligunt, quorum hic sententiæ in id quoq; Alexandrum traxerunt. col. iii. nu. x. Aduersatur postremo conclusioni prædictæ q lex generalis ad speciales casus non porrigitur. l. sciendum. in princ. glo. Bar. & alii. supra. qui satisda. coga. & filius bona patris generaliter respuens legittimam eius repudiasse minime creditur, ni de hoc nominatim abdicatio fiat. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. testam. sic etiam statutum q tabellionum instrumenta, quorum exempla in archiuio ciuitatis non sunt, omni careant fide, dotale instrumentum non compræhendit. Sali. in. l. fin. in prin. C. de iure. dot. & hæc prioribus argumentis oppi
41 do sunt leuiora. * Quibus certe casibus statutum, vel lex generalis specialia non continet, hiisdem in priuilegiato casu contrarium expressim lege cauetur, vt in exeplis suprapositis videre est, itaq; assentiunt omnes in. l. de diuisione. infra. co. regulam. l. traditionibus. C. de pac. in dote etiam obseruatam iri: sic vt alteri nemo stipuletur quando promissoris verba ad extraneum diriguntur, dotis quoq; stipulationem complectitur. Doct. in. l. Gaius. infra. co. simili modo pro regula traditum est ne ad iudicium minor absq; tutore seu curatore compareat, eandem ad iudicium de dote Imperator transtulit. auct. quod locum. C. de col. cum igitur nulla lege triennium instantia dotis nominatim excedat, & generali sanctione omnes ciuiles causæ triennio finiantur, videtur æquius sub generali lege & hanc quoq; dotis instantiam contineri. An ergo statutum siue lex generalis ad causam dotis pertineat propositæ notulę argumento sunt.



OST Deinde inuestigarunt sicuti patris auiq; paterni in filiarum ac neptum dotibus dandis versatur officium, ita mater filiæ, & sorori frater dotem præstare debeant. * Et constitutum est, matrem pro
42 filia non teneri. l. neq; mater. C. de iure dot. nisi iusta aliqua causa videatur, quæ ad præstationem dotis matrem cogat: nam cum pater inopia torquetur, mater vero diuitias possidet dotem filiæ sicuti alimoniam exhibebit mater. l. siquis à liberis §. i. infra. de lib. agnosc. Cin. Din. Bar. Bal. & Ias. in auc. resque. C. com. de legat. Tenetur æque mater probam hęresim colens pro filia
43 ortodoxa dotem parare. l. cognouimus. C. de hæretic. * Sed fratris officium erga sororem vtrinq; cognatā tum pro dote constituēda desideratur, cum soror vnde sibi dotem capiat in bonis non habet, secus quando haberet. l. cum plures. §. pen. infra. de admit. tut. quam sic inibi interpratatur Azo. glo. in. l. non omni. C. de admi. tuto. Bal. in. auct. resq;. C. comun. de leg. nec Alex. Ias. & hic omnes aliter censuerunt, quanquam Bar. in. l. nesennius. supra. de neg. gest. contrarium improbe senserit: conclusionem præscriptam minime probarem, atq; huic dissentio, si frater municipali iure sororem ab hæreditate patris expellat, quamuis soror ad uenti. ias facultates haberet, quibus dos commode confici potest, à fratre tamen dotem, quia patri solus hæres succedit, non iniquæ soror postulabit, quemadmodum de suo pater filiam etiam diuitem dotare adstringitur, vti capite præcedenti

cedenti

cedenti tradidimus, ita frater patri hæres existens de hæreditate patris dotem
44 dabit: * Cum & dotandi onus ad hæredem transeat Bar. in.l. sicut §. si de/
bitori. supra. quibus. mod.pign. vel hyp. sol. l.post dotem. vbi Bar. in.i.q. Rai.
& Alex. infra. eod. Paul. Castrensis in.l. si socer. in.l. si marito §. si voluntate.
infra. eod. decidit hoc Bal. in.l. fi. C. de dot. promis. & ego alias in ciuitate Ari/
45 mini. hac de re interrogatus contra fratrem respondi, * Non enim in perso/
na hæredum obligationis conditio in mutatur. l. ii §. ex his. infra. de verb. oblig. l. po
stulante in prin. infra. ad treb. Sed mutus, qui ab vxore sua dotem accipit, an per sti/
pulationem semetipsum bonaq; eius obligasse fingatur licet stipulatio nulla con/
cœpta fuerit secundum normam. l. vnicæ. C. de rei. vxor. actio. dubitauit Bartolus
atq; idem ipse respondit eo modo stipulationem in muto fingi, quo stipulari mu/
tus potuit seruo scilicet mediante. l. i. in prin. infra. de verb. oblig. vel si mutus ser/
uum non habeat per tabellionem id optime actum fingetur. l. ii. infra. rem. pup. sal.
fore. quæ adeo sententia apud nostrates percrebuit, vt etiam credatur iussisse mu/
tus aut seruo proprio, aut tabellioni, illum vt obligarent, alioquin prædictam con/
clusionem arbitratur Alex. non indistincte procedere, quia seruus nolentem do/
minum minime obligatū reddit. l. seruus. C. de pact. l. seruus vetante. infra. de verb.
46 obli. * His forte omnibus assentiendum probarem si modo legis fictio personā
egrederetur & de muto ad eius etiam seruum extendi posset, Cæterum permulta
meo quidem arbitrio refragari videntur, ne cuiusq; vel proprii, vel publici serui
personam fictio talis contingat, propterea & si fictione iuris pater quippiam per
adoptionem, fiat huiusmodi tamen agnationem ad patris coniunctos produci non
oportet. l. patris adoptiui. supra. de in ius vocan. sic quoq; fictio illius, qui adhuc ges
statur in vtero vt pro nato sit, quatenus expediat, ad alios non pertinet. l. qui in vte/
47 ro. & Bal. supra. de sta. hom. * Quamobrem statuto si caueatur patrē pro damna/
to filio ad legittimamusq; teneri filius autem iuris fictione sit condemnatus, quia ad
iudicium vocatus non venit, illo casu non compellitur pater, cum solam filii per/
sonam fictio comprætendat Bar. in. l. cum filius familias. col. ii. ver. iiii. contingit. in/
fra. de verb. oblig. & quia scimus furentis curatorem pro furioso cōtrahere. toto. tit.
de cur. furio. ff. & C. nec tamen dementis contractui interuenire curatorem lex fin/
git, quamuis sanè mentis si esset locare ipse, nonnunq̄ fingatur. l. qui ad certum
48 supra. locati. * Rectius itaq; dicendum æstimaui fauore dotis mutum absq; seruo
aliquo & promisisse & stipulatum intelligi. d. l. i. in prin. ver. omnes dotes. & in §.
ita enim. C. de rei. vxor. sic placuit Ioanni fabri in §. fuerat. col. iiii. ver. quod si con/
trahentes essent muti &c. inst. de act. nec est mirum q̄ mutus loqui fingatur, alias
enim stipulationem inter absentes factam videri lex voluit. l. hiis verbis. supra. de
adopti. Glo. in. d. l. i. in prin. ver. inutiliter. C. de rei. vxor. & lex quandoq; mor/
tuum viuere, dementem sapere fingit §. sed si in bello. inst. de excu. tuto. l. ii §.
voluntate. infra. hoc tit.



ERBA Legis sunt, Nam & reipub. interest dotes mulieribus conseruari &c. non ab re in his verbis hæsitatum adhuc cernimus, vtrum dotis causa ratione in primis publica dein priuata mulieris vtilitate summis priuilegiis perfruatur, vel è contra propter mulierum fauores principaliter, postea vtilitatis publicæ gratia dotem seu dotis causam lex omni ferè casu præcipuam fecerit: Ex nostratibus quidam experiendi magis q̃ vt vel iuris canonici, vel ciuilis idioma profiterentur, asseuerarunt iure isto primam indote mulieribus conseruanda publicam rationem eẽ seri, mulieris postremo commodum subsequi, sit hoc satis compertum in.l.ii.supra.de iure dot.l.iiii.infra.de priuil. cred. & nostra lex publicam solam causam adducit, primæuam itaq; eam duntaxat coniectabimus, cujus solins lex ipsa meminit. Bar.in.l.ius publicum in fi. supra.de pact.neq; his aduersatur.c.cum contingat.de iure.iur. vbi fauor dotis iuramento præstito aboletur, aiunt ipsi obiectiones has Imolam in eod.c.cum contingat. repulisse: pactionem enim, quę iuri publico per legem ciuilem contraria est, iureiurando adhibito canonica sanctio iuuat vt in.d.c.Enim uero secus quotiens ab iure canonico ne quid aduersum publicum ius fiat statuitur iuramentum non ligat.c.si diligenti. de for. compet. quibus omnino dissenserim, sic planè varietas maxima inter vetustius digestorum ius, & recens Codicis, atq; canonici constituta foret: primore lege publicum interresse circa dotem custodiendam principale iudicaretur, non sic sequenti iure canonico, & Codicis inductum esset, Quinimmo priuatus tum mulieris fauor in priuilegiis dotium rationi publicæ
46 antestaret.l.assiduis.C.qui poti.in pign. hab. iunc.d c. cum contingat. ✱ Indecens præterea nimis esset q̃ priuilegia dotis cederent.c.licet mulieres. de iur.iura.lib. vi. &.d.c.cum contingat. si ratio principaliter in his publica versaretur.c. si diligenti. de foro.compet. Glo.in.l.ii.C.de agri. censi. lib. xi. aut legem hanc nostram Imperatoris constitutio in.d.l. assiduis. emendaret corrigeretq;, quod facile non est dicendum.l.i.in fi.C.de inoffi. donat. Responsiones & illorum argumenta nihil propemodum congruere visa sunt, neq; dictum Imol.in præalleg.c.cum contingat. vllo pacto probarem, in sententiam omnes contrariam iuerunt.l. si quis pro eo. Bar. col.iii. ver. secundo quando reprobatur contractus &c. infra. de fideiuss. itidem quicq̃ referre nihil opinor, existimasse Bar. in.l. ius publicum. in fi. supra. de pact. quando publicam vtilitatem lex exprimit principalem tunc eam dici & minime iuramento tolli, quoniam id sanè procedit dumtamen alterius vtilitatis eadem in lege mentio nulla fiat, sicuti ait Bartolus: in lege autem ista non publicam solum vtilitatem Iureconsultus apposuit: sed per dictionem implicatiuam de priuata quoq;
50 sensit, quod Accursius. Paul. Castrensis. Alex. Ias. & hic omnes addicunt: ✱ Vel arbitror potius non latenter Pomponium hac in lege de propria fœminarum vtilitate cauisse, sed nominatim priuatam quemadmodum publicam rationem adnotasse in illis verbis, dotes mulieribus conseruari, cum dotatas esse fœminas &c. quis adeo inficiabitur antecedentia illa verba legis, dotis causa præcipua est &c.non

cam


eam habere significationem, vt mulieribus vbiq; semper dos conseruetur, & nullo ipsæ vbiq; tempore indotatæ fiant subiecit demum Pomponius etiam reipublicæ priuilegia hæc expedire hominibus liberis vt Ciuitas præstet & l. ii. supra. de iure. dot. l. iii. infra. de priuileg. cred. hoc non negarunt, iccirco sententia Bar. in. d. l. ius publicum. diuersam ab lege ista rationem casumq; alium affert: Vnum interim illud non omittam, nonnullos existimasse ne dum reipub. mulierisq; sed & patris & mariti fauore dotem præcipuam constitutam. l. pater filiæ. supra. de euic. l. Titio centum §. Titio genero. infra. de condit. & demon.
51 causam enim viri & patris, Reipublicæ & vxoris fauori exequarunt. ✱ Hæc quidem minus probabilia sunt, & si patris filiam, & viri vxorem nonnunquam habere dotatam, vel propter vtilitatem futuram vel præsentaneam intersit, vt inibi dicitur, non ideo illorum tantus est fauor, quo dotes valde præcipuæ habitæ sint, solius namq; mulieris & reipublicæ gratia specialia dotium adinuenta fuere prout hic & in. l. assiduis. C. qui potior. haud dubie con-
52 stat: ✱ Mariti quoq; interest promissam pacto nudo dotem exigere posse, Itemq; hypotecam in bonis dotem promittentis absq; stipulatione nancisci. l. ad exactionem. C. de dot. promis. l. i. § & vt plenius. C. de rei. vxor. act. Nihilominus fauore mulieris duntaxat, quo facilius dotata sit & ne maritus vxorem velicet, specialitates has ab lege inductas Bart. & hic sequiores Alii consentiunt: Vt generetur proles & liberis ciuitates repletæ sint maioribus curæ fuit, Quamobrem plurifariam dotes præcipuæ mulieribus sunt habitæ: tum obliq; que Barto. agens de infœcunda muliere quæsiuit, num ipsam, vtpote, filiorum procreationis expertem dotalibus hiis prærogatiuis donemus? & ad priuilegium admitti placuit, quamq̃ sobolis procreatio in ea deficiat aliis tamen rationibus dotis priuilegium sibi vendicat. d. l. assiduis. verum Socin. hoc interpretatur cum per accidens mulier, non etiam sterilitate natiua, sterilis sit tum quidem priuilegium non daretur Bart. in. l. si quis posthumos. infra.
53 de lib. & posth. ✱ Minus profecto hii recte intelligunt. d. l. si quis posthumos. & . l. sed est quæsitum. eo. tit. ex quibus quæstionis huius veritas dependet, vti hos
54 omnes alias in libro Restitutionum Singulari capit. xiii. reprobaui: ✱ Qua in re sic dicere libet, aut mulier natalibus suis ad nuptialem copulam impotens est, & priuilegia omnia dotis habebit. d. l. assiduis. ver. siue ab initio liberos non habuit &c. non sane decet illo casu muliebris sexus fragilitas, qua etiam priuilegia huiusmodi leges ipsæ dedere, & qui principio genitali impotens est coitus, de relictui lex minime habuit, quominus ea iuuante lege facere queat, quæ, si ad coitum aptus nasceretur, simili modo posset, sicut eodem nos in libro Restitutio
55 num Singulari præter alios docuimus: ✱ Fato enim quę accidunt mulieribus
56 damno esse non debent. l. quæret aliquis. infra. de verb. sign. ✱ Aut propter accidens, idest valetudinem aliquam, inutilis filiorum generationi mulier fuit, haud secus q̃ in præcedenti obseruandum reor: Paulus namq; & Vlpianus sterilitatem natiuam senilemq; ætatem corporis ægritudini compararunt, vt his sterili-

tatis vitiis laborantibus prædicta minime obsint. d. l. sed est quęsitum . l. si quis posthumos: infra. de lib. & post. His quæstio nouissima iungitur, doctores ne qui palàm profitentur an artificem eos interpellantem iure prohibeant, de qua vberius Alex. & Ias. post Bart. retulerunt.

FINIS.

FRANCISCI ZOANNETTI BONONIENSIS IVRISCONSVLTI CLARISS.

RESPONSORVM LIB. VNVS.



Cum Gratia & Priuilegio.

M D XLII.

EORVM QVAE IN HISCE RESPONSIS TRACTANTVR

INDEX.

A

B

C

Casus

D

E

F





Q

Quod

R

S

T

V

Finis.

FRANCISCI ZOANNETTI BONONIENSIS IVRISCONSVLTI CLARISS. RESPONSORVM LIB. VNVS.

Procemium.



IHIL Est profecto quin pluimorum in hac horrenti palestra Iudicium reformidem: non vt Responsa hæc apud vtriusq; fori togatos probabilia minime fuerint, sed à multis quoniam Rogabar ne publicis lectionibus, & documentis legalibus voce (vt aiunt) viua vllo tẽpore cederem, æditiones autẽ hasce publicas indies protollerem, cũ & indies quid sæpe noui, atq; inopinati eisdem me additurum sperabant: illorũ ipse sniam forte pbassem, & postea quã ab ęgritudine Paulo cõualuissem, publicũ rursus in patrio gymnasio pfitẽdi munus assumpsissem, & quo feriamur tpe opusculo huic studiũ meũ impendissem, nisi & qui summopere nos colunt, assiduis petitionibus, & q nobis maiores sunt, quibusdam quasi lamẽtationibus, & quærelis vt ęditionẽ hanc maturarem coegissent, & si quid postea æditione dignum à me elaborari (quod Augurantur omnino) contingat, illud separatim in publicum mittatur, & quod vniuersis vtilissimum nunc fore conspiciunt, supprimendũ esse negarunt, lectionibusq; publicis ore proprio alioquin semper vacare nos posse dixerunt: Quibus quin placitis assentiar nõ possum, quandoquidem interpretamenta duo ad Celebratissimas libellorum, ac dotium Leges conscripsi, quæ diuulgationis longinquitatem, propter futuri studii aduentum, facile respuunt. Quamobrem nobis, qui ob id q̧ libellos huiusmodi imprimi iussetim, detrahere cupiunt, periculum tale sui in libellorum compositionibus subeant, experianturq; cuiusmodi hæc sapiant, & si quid venustius ac cõmodariusq; excogitauerint in medium refferant, atq; tum in alios quid postea possunt obiiciant.

1 Salarium debetur hæredibus Aduocati, seu Doctoris mortui postq̃ officium agere cœperat.
2 Quæ per Rempublicam aguntur vim legis obtinent.
3 Seruire quis intelligitur si postq̃ dies tẽporis cessit, quo seruire debebat, infirmitate impediatur.
4 Causa dotis, & causa lecturæ æquali censentur priuilegio.
5 Licentiatus per aliquot dies ab officio suo nihilominus eo tempore etiam seruire dicitur.

Respon. I.

Diuino Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



T satisfaciam voto R. D. Vicelegati, ac Magnificorum. DD. Meorum Ciuitatis Bononiæ Senatorum, qui vt iustissimi Principes pollicentur se ea facturos in causa hæredum Domini Vincentii Saluioli Domini mei colen

dissimi, quæ ius suadebit, Hæc pauca secundum veritatem Respondere constitui.

Et primo q isti hæredes nõ debeât habere salarium præsentis anni ex quo Dominus Vincentius non incœpit legere videtur esse textus in. l. post. duos. C. de aduoca. diuer. iud. inquit ibi Imperator, salarium totius anni deberi ex quo officium peragere cœperit Bar. Alex. & Alij in. l. diem functo. ff. de offi. asses. mortuo enim Præside in itinere anteq̃ ingrediatur officium, eius hæredibus nihil debetur secundum Bal. in c. i. quis. dica. dux. vel Marchio. ratio est vt ipse asseuerat ibi, quia commoda officii incipiunt deberi post administrationem cœptam. l. i. C. de primi pil. lib. xii. quicquid dixerit Bar. in. l. i § Diuus. ff. de variis. & extraordi. cogni. cuius opinio non est recœpta per scribentes in. d. l. diem functo. de offi. asses. sed iste. D. Vincentius morte præuentus legere non potuit neq; incœpit ergo &c.

Posito etiam q legere cœpisset, seu haberetur perinde ac si legere incœpisset, Salarium tamen videtur pro rata temporis, quo legit, deberi. l. si vno § item cum quidam. ff. locati. Quamuis ex dispositione & beneficio legis huiusmodi Salarium deberetur. l. his scolaribus. & l. penul. § fina. in fi. C. de eroga. mili. anon. lib. xii. Vel saltem tertia pars tantum Salarii istius anni videretur deberi, cum Bononię Salarium Doctoribus per hęc tempora distinguatur. l. post duos. C. de Aduo. diuerso. iudi. vbi hæredes Aduocati non percipiunt Salarium totius temporis, quo erat conductus aduocatus, sed illius solum, quo officium peragere cœpit secundum Salicetum ibi & in. l. si vno § item cum quidam. & in. l. sed addes § fi. ff. locati.

Quibus tamen non obstantibus contrariam partem de iure veriorem proculdubio

1 arbitror. * Pro cuius euidentia illud præmonuerim, Aduocato seu doctore mortuo, quibus Salarium datur ratione operarum & probitatis scientiæ & intellectus, postquam aduocare seu legere cœperit Salarium residui temporis hæredibus debetur. l. qui operas § aduocati. ff. locati. l. legatus § i. ff. de leg. l. post duos § i. C. de Aduo. diuer. iudi. l. i § Diuus. ff. de Var. & extraor. cogni. d. l. diem functo. secundum Alex. ibi nu. xiii. & istud ibidem communiter doctores affirmant per iura superius allegata, ea ratione quia per eos non fletit &c. d. § Diuus. & l. si pecuniã ff. de conditio. ob cau. Præmitto etiam q Dominus Vincentius fuit conductus & descriptus in Rotulo pro hoc præsenti anno ad legendum primã partem. ff. noui. vt in eo apparet, & Salarium quod præstabatur ipsi domino Vincentio ex conuentione facta per Magnifi. Dominos Senatores huius ciuitatis deberi ex disposi-

2 tione legis. * Illa enim, quæ per rempub. aguntur, vim legis obtinent. l. Cæsar. ff. de public. l. penul. C. de dona. inter vir. & vxo. optime faciunt, quæ notantur in. l. fori. C. de aduo. diuer. iudi. habetur per Barto. in. d. § Diuus. nu. xi. sup. alleg. His Præmonitis assentior. D. Vincentium duplici iure, videlicet communi & cõuentionis, perinde ac proprie haberi si actualiter legisset, & totius anni Salarium eius hæredibus

3 deberi, * Considerandum est enim de iure communi postq̃ dies cessit, qua quis officium suum incipere debet, si aut valetudo, aut alia iusta causa impedimento fueri quominus seruiat, seruire tamen intelligitur, cum hi, quos curamus ægros, qui cupientes seruire nobis propter aduersam valetudinem impediuntur, seruire nobis intelliguntur, de hoc est casus in terminis in. l. cum hæres § Stichus. ff. de sta. libe. &

hoc

hoc voluit. Glo. magna approbata in .d. § diuus. In principio eiusdem Glo. sed. D. Vincentius in initio anni, quo legere debebat videlicet die tertia mensis Nouẽbris erat infirmitate impeditus & aliquibus diebus æger stetit, demum die Vigesima sexta vel septima eiusdem mensis diem functus est, quo casu aliquo tempore legisse intelligitur, si aliquo tempore legit ergo Salarium residui temporis debetur per superius dicta, Nec obstat vt. d. l. cum hæres § stichus. de statu lib. videatur loqui in casu priuilegiato propter libertatem, quia respondeo Salarium, quod datur doctoribus pro
4 pter lecturam æque priuilegiatum esse. * Cum dotis causa & causa lecturæ pari priuilegio censeantur iux. notata per Bal. & alios in. l. i. ad fi. ff. solu. matri. Immo maior ratio videtur in casu nostro q̃ in. d § stichus. ibi nanq; libertas datur propter operarũ præstationem vt ibi dicitur, in casu autem nostro Salarium de publico datur & propter operas, & propter animi probitatem & intellectus secundum Sali. in. d. l. post duos cum simil.

Præterea animaduertimus, quando Aduocatus vel doctor est conductus, vt aduocet seu legat, & dies obligationis seu temporis, quo legere vel aduocare debebat cessit, etiam q̃ nihil fecerit fortuito casu impeditus vel mortuus, totum Salarium percipere debet & ad hæredes transmittit s̃m Glo. in. l. penul. & in. l. fi. C. de condi. ob cau. idem voluit Glo. in. l. si vno § item cum quidam. in Glo. magna circa finẽ in verbi. respondeo speciale est in libertate &c. ff. locati. Bar. post glo. in. d § diuus. nu. xii. Quẽ refert & sequitur Alex. in. d. l. diem functo. nu. xxv. versic. & licet Bar. &c. ff. de offi. assess. sequit̃ Sali. in. d. l. post duos. nu. iii. versic. sed in Aduocatis ad vnã causam &c. C. de Aduo. diuer. iudi. dicens dictum Bart. in § diuus. esse multum notabile, & q̃ ipse illud sequitur quando Salarium certum est promissum, sed in casu nostro anteq̃ dominus Vincentius moreretur dies obligationis seu anni in quo legere debebat cessit, vt dixi supra & notorium est, quia obiit per aliquot dies post principium studii, ideo cum ipse præsumptione iuris, & de iure aliquibus diebus, quibus fuit infirmus legisse præsumatur. d. l. cum hæres § stichus. & dies obligationis & trãsmissionis cesserit, nimirum si Salarium totius anni ad hæredes transmittere debet iuribus. supra. alleg. Ista tamẽ ex abundanti, & s̃m ius commune dicta sint, quoniam (vt audio) & Canonistarum & Legistarum Rotulo continetur & verba Rotuli in hac parte ita se habent. omnes doctores & alii Rotulati cum effectu eorum lecturas legant, Si rebus publicis aut infirmitate aliqua fuerint impediti intra triduum vnum idoneum per Reuereñ. D. Legatum & DD. Reformatores studii tamen approbatũ substituant, qui punctari non debeat si hoc casu scholares a Rotulo præfixos non habuerit, & huiusmodi substitutio quomodocunq; aliter facta, sit ipso iure vana & nulla, sub pena cuiuscunq; aliquod prædictorum non obseruanti librarum quinq; bonorum pro quolibet centenario & ad rationem centenarii taxæ eius salarii pro qualibet lectione omissa, vel etiam lecta non seruatis prædictis. Quæ conuentio, seu consuetudo iudicio meo omne dubium si quod extat funditus eueriit, Cautum est ergo in Rotulo q̃ impeditus legere propter infirmitatem substitutum approbatũ mittat sub pena &c. ex quo manifeste apparet q̃ impeditus legere propter infirmitatem si mittat substitutum, vt ibi dicitur, habetur perinde ac si ipse legeret & per consequens

integrum Salarium ei debetur, nec pœnam pūctationis quoquo modo patietur, sed q dominus Vincentius habeat perinde ac proprie si per statutum legisset clare demōstratur, ipse quidem infirmus per paucos dies ante principium studii, vel saltem in tempore congruo obtinuit licentiam non legendi, & ei tunc ab habentibus potestatem punctationis pœna, quoad infirmus esset, remissa fuit vt in actis probatum est, Quo circa succedit decisio Bal. in. l. si in conditione. C. de condit. inser. & idē Bal. in auc. habita. col. iiii. versic. sed quid in doctore &c. C. ne. filius. pro. par. per glo. 5 in. l. dessertorem. § si ad diem. ff. de re. mili. * Vbi miles licentiatus a militia per aliquot dies, tempore, quo licentiatus est, seruire dicitur & Salaria percipere debet, & idem est in doctore sm Bal. In locis præallega. hoc idem approbat Bar. in. l. in sacris, per illum tex. C. de prox. sac. scrin. lib. xii. Ita respondit Decius in propriis terminis cons. lxx. incipiente Diuino implorato præsidio &c. lib. i. & alias cum iste casus in hac ciuitate accideret in persona doctoris conducti ad legēdum partem de mane in iure ciuili, qui infirmitate laborans, ac demum moriens aliquam lectionē explere nequit, pp talē licentiā habitā ab Illus. Senatu Bononiensi. D. Ludouicus Bologni. ad fauorem hæredum doctoris mortui consuluit consil. lxxi. per totum. quod videatur omnino, & hoc sine difficultate procedit, Sed dato, quod tamē negatur, vt dixi, q D. Vincentius non fuisset licentiatus a munere legendi, adhuc etiā deberetur Salarium quamuis cum diminutione de qua in Rotulo, quia punctationis pœnam incurrisset, vt manifeste apparet in illis verbis pro quolibet centenatio & ad rationem centenarii taxæ eius Salarii &c. Quæ verba clarę ostendunt quinq; auferri debere de quolibet centenario, & sic detrimentum solum patietur in quinq; pro quolibet centenario, non autem in totum; quod & iure probatur vulgari scilicet regula, quia priuatio sine habitu esse non potest. l. decem stipulatus. ff de verbo. obligat. l. Remittit ff. de iureiur. cum simil. Nec obstat quod primo loco in contrarium adducebatur vt quia non incœpit legere &c. Quandoquidem ex superius adductis opportune satis responsio patet tam de iure communi q̄ de iure cōsuetudinario vt dixi: Non obstat. l. si vno § item cum quidam. ff. locati. cum simili. quod pro rata laboris tantum Salarium debeatur &c. cum ibi ratione laboris, hic autem ratione laboris & probitatis scientiæ & intellectus Salarium debeatur, nimirum igitur si totum debeatur secundum Barto. in præalleg § Diuus. & communiter scribentes in. l. diem functo. de offi. assess.

Laus Deo omnipotenti.

Franciscus Zoannetus Iurisconsultus Bononiensis secundum prædicta Respondi Sigillo nostro apposito.

Nota q iudices omnes, apud quos de ea re cognitio fuit, æque iudicarūt integrū Salarium hæredibus deberi, Quamuis propter inuerecundam atq; impudicam vxorem olim defuncti hæredē vsufructuariam Salariū minime pręstitū fuerit.

Finis.

1 Fratres seu monachi recipientes quempiam in monachum, aut data pecunia, aut sub qualicunq; conditione, vel contemplatione dandi, simoniam faciunt.
2 Simoniam admodum arguit pecuniæ muneratio facta ante ingressum eius, quem fratres contemplatione pecuniæ in monachum receperunt.
3 Fratres seu monachi Dei gratiã si venalem faciant sunt maledicti, & iudæ proditori cõparantur.
4 Fratres simoniaci quali afficiantur pœna.
5 Fratres sancti Martini de Bononia ordinis Carmelitanorum omnino sunt compellendi ad restitutionem pecuniæ per simoniam habitæ.
6 Pecunia per simoniam fratribus numerata nullo pacto in monasterio esse potest, sed restituitur quando omnes fratres, vel eorum maior pars simoniam contraxit.
7 Pœnam & præmium eodem ex facto non debet quis consequi.
8 Simoniacos pecuniam simoniacam, non restituentes admissi sceleris pœnitere non potest
9 Nemo ex dolo siue delicto proprio quicq̃ lucratur.
10 Pecunia per simoniam adquisita dicitur furtiua.
11 Restituenda est pecunia illi in cuius ignominiam soluta fuit.
12 Pecunia per simoniam habita restituitur illi ecclesiæ, in cuius ignominiam data fuit, si modo non totum monasterium, sed particularis tantum de ecclesia deliquit, alias secus.
13 Pecunia per simoniam adquisita restitui debet ei, qui per simoniam monasterium est ingressus quando aliunde viuere non potest.
14 Turpia lucra si alteri partium non dantur a fisco sunt vendicanda.

Respon. II.

Redemptoris nostri humiliter inuocato suffragio.

Licet nihil magis iurecõsultoꝝ Responsis conueniat q̃ ea omnia primo referre, quæ aduersus sniam & opinionem facere vidétur, ac demum illis iure improbatis, quid sentiendũ oiocq; probandum sit breui exponere, vt & Iustiniani Imperatoris & Scæuolę Iurisconsulti exemplo monemur insti. de leg. in prin. l. gallus. in princ. iunc §. quidam. & §. item credendũ est. ff. de lib. & posth. cũ simil. Attamen præsens quęstio adeo sanctoꝝ patrum institutis papalibusq; documentis multifariam decisa reperitur vt dubitationi locus haud quidẽ derelinquat, iccirco placet fratres sancti Martini de Bononia ordinis sanctę Marię de Mõte Carmello necessario cõpellendos ad restitutionẽ scutoꝝ centũ, quæ per simoniacã prauitatẽ vt adolescentẽ quendã in monachũ reciperent, ab amico adolescẽtis eiusdẽ pactionibus stipulationi suppositis extorserunt, pro cuius veritate inquiremus tria, an isti frẽs p simoniã iuuenẽ in monachũ receperint, Deinde simonia, si cõmissa mõstretur, an ad restitutionẽ pecuniæ, ac pœnis sacroꝝ canonũ frẽs teneantur, Postremo vẽdicatio talis pecunię male q̃sitę cui de iure cõpetat: Illud profecto nullã imprimis dubitationẽ hẽt
1 quin hii frẽs notabilẽ simoniã cõmiserint, ✠ Iure enim claꝝ est fratres monachos, si ue clericos prohiberi quẽpiam in monachũ recipere accepta pecunia ex cõuentione, vel pactione, siue sub quauis alia cõditione recipiendi in monachũ contemplatione pecunię. c. q̃ pio. ibi dũtamẽ cesset ois pactio omnisq; absit cõuentio. i. q. ii. c. cauẽdũ est. ibi quacũq; functione, pmissione, aut datione &c. i. q. vii. c. reperiunt. c. quicunq; studet. i. q. i. c. veniens. & p totũ titul. de simo. Sed isti frẽs publicę cõuenerũt cũ amico adolescẽtis de recipiẽdo adolescẽtẽ ipm in monachũ quatenus cẽtũ scuta eis darẽtur, pecuniãq; prius in manibus habuerũt q̃ adolescẽtẽ monasticho habitu induissẽt

2 vti publicum nos documentum certiores de hoc facit, ❁ Quæ etiam pecuniæ rece
ptio ante ingressum mirumimmodum Simoniam interuenisse arguit.c.nobis fuit.
3 vbi.glo.& doctores.de simon. ergo &c. ❁ Et tales monachi per pecuniam dei gra
tiam vendentes sunt maledicti.c.quicunq; Sacerdos.i.q.i.& iudæ proditori compa
rantur.c.eos qui.i.q.i.ab Hæliseo lepra coinquinantur à Petro in perditionem da/
mnantur à Christo autem de templo eiiciuntur.c. cito turpem circa finem.i.q.i. ❁
4 Pœna depositionis isto casu afficiuntur vt vox eorum in capitulo non recipiatur sed
monachi simplices existant.c.inquisitionis.de Accusa.c.quoniã.vbi Dñs Abbas. &.c.
Dilectus el.ii § nos. ibi declarat Hostiensis.de simon.& oẽs communiter sequũtur.
Quis enim locus tutus,& quę causa esse poterit excusata?si veneranda dei templa pe
cuniis expugnentur?Quem muræ integritatis,aut vallũ fidei prouidebimus,si auri sa/
cra fames penetralia veneranda proserpit? quid deniq; cautum esse poterit, aut se
curum?si sanctitas incorrupta Auaritiæ flagitio corrumpatur? Quæ omnia Leonina
acriter detestatur sanctio, iubetq; nuda electionis conscientia Dei sacra tribui.l.si
5 quenq̃.C.de epis.& cleri. ❁ Quod autem ad restituendam pecuniam oĩo fratres
compelli debeant & nullatenus eandem retinere possint multis iuribus expresse cõ/
stitutũ reperio.c.veniens.c.de hoc.de simo.vbi.glo.fi.hostien.Anto.de Bur.D.Abb.
6 Ioan.de Ana.& cæteri communiter scribentes concludunt, ❁ Si omnes fratres siue
maior pars monasterii in tali flagitio simoniæ reperiantur,tunc monasteriũ cogitur
illã pecuniã restituere,sed in proposita q̃stione oẽs fratres sancti Martini deliquerunt
7 ergo &c.Optimoq; argumento vltra sacros Canones vtuntur, ❁ Ne quis ex eodẽ
facto pœnam & præmium consequat̃.l.siue hæreditaria.& ibi nota.ff.de nego. ges.
sed fratres prædicti duriter ob facinus perpetratum puniuntur.d. c. qm̃ simoniaca.
& supra retuli ideo talem pecuniam pœnes se retinere ne quidem poterũt:illudq; rei
documento est,cum simoniacos tanti sceleris pœnitere debeat,alias in ęternum peri/
rent.c.Siquis neq; sanctis.i.q.i.& ad p agẽdam pœnitentiam cõpelluntur.c qm̃ simo
8 niaca.c.dilectus.el. ii. & ibi nota.de simo. ❁ Si autẽ pecuniam restituere dissimularẽt
eos in perpetuum pœnitere nõ posset.c.si res.xiiii.q.vi.c.cũ tu.de vsur.&.d.c.de hoc.
ibi cum ea,quæ acceperunt sine graui suæ salutis periculo retinere non possint.de si
9 mo. ❁ Et iure manifestũ est, neminẽ ex dolo siue delicto proprio quicq̃ lucrari posse
.l.vero § tẽpus.ff. pro soc.l. Titio. vbi Glo.in verb.incidisset &c.ff.ad municipa.l.si
in fraudẽ.vbi Bal.post Cin.C.de lega.& via fraudibus non est aperienda.c.peruenit
10 el.ii.xciiii.distin.l.meminerint.C.vñ ui. ❁ Et talis pecunia,furtiua res nũcupat̃ vt vo/
luit Ioãnes de turre cremata in.c.siqs neq; nu.iii.i q.i.igitur tãto citius ad restitutionẽ
pecuniæ furtiuæ cõpelli debẽt,& ad peragẽdã pœnitẽtiã dãnari,& de Capitulo eiici.
His summatim propositis videamus cui pecunia sit omnino restituenda, omissis plu/
ribus,quæ rei veritatem maximoopere ostendunt, & maturæ ipsa re cognita, di/
cendum est adolescenti per simoniam in monachum recepto talem pecuniam
restitui debere, quamuis enim adolescentis ingressus simoniaco scelere pollutus
fuerit, ipse tũ adolescens tanti sceleris ignarus tunc fuit,& præter volũtatem negociũ
hmõi sibi factũ est,cum ab amico vel potius nõ amico pecunia fratribus sit numerata
11 iux.tex.in.c.de regularibus.de Simo. ❁ Sed iure cõpertũ est,quoties qs pecuniã ali/
cui dedit

cui dedit vt alteri calumniam faceret, pecunia est illi restituenda in cuius ignominiā data fuit. l. & generaliter § fina. ff. de calumnia. Istud idem inconuincibiliter probatur in auct. hodie. C. de repud. vbi ille, qui falso iurauit mulieri maritum esse mortuum, vt mulier secundo nuberet, & sic iniuria maritus primus afficeretur, tenetur illi marito, in cuius ignominiam mēdatium dixit, certam dare pecuniam, hoc etiam ad
12 literam aperit tex. si recte consideretur in. d. c. de hoc. in fi. de simo. ❀ Vbi quando particularis de Ecclesia, & non omnes, accepit tali modo pecuniam, tunc restituitur illi ecclesiæ, ratio est secundum glo. & communiter doctores quia in ignominiam ecclesiæ data est, & ipsa ecclesia non deliquit, cum particularis tantum acceperit, Si vero ecclesia ipsa delictum commisisset, idest omnes monachi pecuniam recepissent, tunc ecclesiæ restitui non potest, quoniam ipsa posidet talem pecuniam, & est in delicto, & eam restituere compellitur, quod omnes inibi admittunt & supra demōstraui, eadem igitur ratione Adolescenti erit restituenda, qui non deliquit, & in cuius iniuriam data receptaq; fuit.

Vltimo negari non potest quin & pecunia Adolescenti restituenda sit, qui aliunde viuere non potest, ista nanq; pecunia emanauit de bonis olim ipsius adolescentis, quandoquidem ante ingressum monasterii bona sua fratribus vtrinq; coniunctis pro conseruanda agnatione, & familia, donationis titulo contulerat, & fratres
13 ipsi eorum cuidam amico dictam pecuniam dedere. ❀ Sed tunc sucedit communis decisio scribentiū in. d. c. de hoc. de simo. pecuniā illi oīo restituendam esse, qui monasterium ingressus est, quando aliunde viuere non potest, & totum monasterium deliquit, vt in casu nostro per textum in. c. quod à te. & quod ibi nota. de cleri. coniug. ita omnes communiter tenent prout ibi refert & declarat Anto. de Butr. in fina. verbis. & eo magis doctores illud addicunt quando vult ingredi vel habet necesse, quia est Monachus, ṡm monasterium ne illi monasterio sit onerosus, Verū adolescens iste aliūde uictū quærere minime potest, cū omnia bona ante eius ingressum donauerit, & etiam nunc per professionem effectus monachus vult ingredi, ac necesse habet ṡm monasterium, in quo posit altisimo Redemptori deseruire igit̄ &c. Quinetiam, esto milies vt proxime dicta in casu proposito sibi locū non vēdicarent, quod tñ dicere absurdum foret, adhuc fratres isti retencione pecuniæ vti minime posent, sed à fisco summi Principis vendicanda esset. c. & si necesse. vbi Glo. & docto.
14 de Dona. inter vir. & vxor. ❀ Turpia enim lucra, si alteri partiū non dātur, à fisco sunt vendicanda. l. cum hic status § fin. ff. de dona. inter. vir. & vxor. l. qui contra & auct. incestas. C. de incest. nup. cum simil. Et ita communiter doctores in hanc decurrunt sententiam per iura nuperrime aducta in d. c. de hoc. asserentes si totum monasterium deliquit, & ille, qui est ingressus habet vt posit aliunde viuere, vel non intrat secundum monasterium, tunc summi Principis fisco vendicatio pecuniæ competit, hoc modo refferunt ibi. Io. Andreas in nouellis, Car. Zarab. & ita Anto. de Butr. ait Hostiensem, omnesq; idem tenere, quem ibi sequuntur D. Abbas Io. de Annan. & vniformiter omnes: Nec proderit monachis, siue ecclesiæ q hi, qui pecuniam receperunt sint absentes, vel defuncti, quominus pecuniam detestabili scellere conquisitam restituant. l. i. in fi. ff. de eo. per quem. fac. erit. l. quod

diximus § fi. ff. de eo. quod.me.caufa.fcribentes oẽs in.d.c.de hoc.de fimo. Quapropter confulo Simoniacos fratres ftatim vltra pœnas iuris, quibus deuineti funt, ad reftituendam pecuniam adolefcenti cōftringendos,neq; yllo cafu pœnes fe ipfos eandem retinere poffe.

Laus Deo omnipotenti.

Nota ꝙ fuit iudicatum pro Adolefcente contra Simoniacos fratres in curia Illuftrusfimi & Reuendisfimi Legati Bononiæ.

Finis.

1 Epifcopo credimus in dubiō & paremus.
2 Libris officialium creditur in his,quæ pertinent ad eorum officium.
3 Epifcopi debent bona,& iurifdictiones fuæ ecclefiæ tueri,& non alienare.
4 Quæ annuatim præftantur immobilium vicem obtinent.
5 Cenfus cuius caufa nefcitur annis quadraginta poteft præfcribi.& nu.14.
6 Surripere verbum fignificat furreptionem fieri contra voluntatem eius,a quo furripitur.
7 Epifcopi non poffunt ecclefiis fuis cenfum de nouo imponere.
8 Auctoritatem in proprio negocio nemo præftat.
9 Inter dantem & recipientem differentia effe debet.
10 Solemnitas extrinfeca non præfumitur.
11 Soluentes cenfum indebite puniri debent.
12 Epifcoporum eft officium de manibus & adminiftratione laicorum ecclefias auferre.
13 Cenfus quamobrem præftetur iufte ignorari non poteft.
14 Cenfus,cuius caufa ignoratur,qūo annis.40.poffit ꝑfcribi,& qd in præfcriptione fit neceffariū.
15 Habens confcientiam dubiam,ac remordentem in aliqua re,illam confcientiam fequi debet.
16 Statutum continens, quæ antea de iure communi difpofita erant, quando vt ftatutum, non vt ius commune fit feruandum.
17 Refcripta Domini Papæ,fi aliquid expreffe fieri exigant,quomodo fint intelligenda.
18 Succedens in locum alterius quando illius factum approbare debeat.

Ad Reuerēn. Lelium. q. Pium Epifcopum Sarfinæ meritisfimum.

GRatæ admodum fuerunt mihi literæ tuæ, Reuerendisfime Antiftes, quibus,& amorem erga me tuum,vel pietatem potius, & meam fententiam de cenfu exigendo ad te fcriberem vehementer fignificabas, quanquam vbi literas accepi Sarcinulas meas(vt vulgo dicitur)compofuiffem,librosq; vehendos mulioni credidiffem,ob id neceffe fuerit commodatitiis libris aliqua in parte iuftisfimis petitionibus tuis fatisfacere, Attamen hoc tempore fuauius, atq; optatius nihil euenire poterat, Quod ipfum argumento mihi fuit præcipuæ virtutis tuæ, fidei integerrimę,ac religionis fanctisfimæ, Quæ omnia,quamuis pridem mihi notisfima effent, tamen(fateor quidem) fumme placuit te ipfa intelligere te illius catholici documenti haud immemorem effe, In Rebus fummum bonum eft iuftitiā colere,ac fua cuiq; iura feruare,& in fubiectos non finere quod poteftatis eft fieri, fed quod æquum eft cuftodire. Sic tu agis cum ea, quæ hac tempeftate apud alios magna eftimantur turpiterq; nonnunquam fine lege Rapiuntur, tenaci iudicio contemnas. Profecto lumen fanctitatis,iuftitiæ oraculum, fideliumq; Animarum fidus cuftos non immerito diceris:Qui fubiectis ftudio incredibili fua iura fponte conferuas.

Non paū

Non parum equidem doleo q in hac te tibi (vt cupio) officium, studium, operam meam, rebus nostris secundis præstare non possum, Tanta quippe est hinc nobis discedendi celeritas, q minimam & eam satis quidem debilitatam partem studii mei habebis, de quo nihil est magis quod trister, atq; reformidem, cum in præsenti nobis aduersus optimorũ & theologorum & Iurisconsultorum opiniones fortiter agendum sit: Præsertim inter illos Quoniam Primus est excellens Dominus meus Guarinus Sarsinę ciuitatis vir & scientia & grauitate Celebratissimus, cuius sæpe solent gratissimæ nobis esse sententiæ: Nunc autem aduersus illas citissime & temporis quasi momento, diffusius tamen argumentisq; pluribus pugnandum existimẽ: Quicquid sit Ipse malui de temporis angustia, ociiq; inoportunitate vel conqueraris potius, q̃ spe & fide maxima de me tua fallaris, Si Nostratia hæc, quæ vnica nocte absoluta reddidi, tibi cordi esse intelligam, periucundum erit, sin minus & breuitati & Calamitati temporum ignoscas quæso.

Respon. III.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.


CENSVM Oratorii Antecessoribus tuis præstitum quominus simili modo accipias nulla ratio aduersari videtur, Porro' sicuti ex factinarratione ad me transmissa reperio, tempore Episcopi de Crouaria vnius ex Antecessoribus tuis infrascripta verba in libro Cathedratici descripta fuerunt, Ecclesia sanctæ Mariæ debet & obligata est soluere annuatim Episcopatui Sarsinæ certum pondus ceræ &c. Quæ verba, aut manu, aut voluntate eiusdem Episcopi scripta sunt, cum in libro ipsius inueniantur Bal. Rapha. Paul. Castreñ. in. l. i. ff. quę in testa. delen. glo. Cin. Bal. & Sali. in. l. maiorem. C. de confes. Tum etiam diutinæ solutiones illius census postea factæ id aperte declarant. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. Igitur
1 illius Episcopi scripturę est credendum, ✱ Semper nanq; in dubio Episcopo & pa-
2 remus & credimus. c. quid ergo. xi. q. iii. ✱ Et literis, seu libris Episcoporũ ac aliorum officialium creditur in his, quæ pertinent ad eorum officium. c. post cessionẽ ext. de proba. c. curæ. xi. q. iii. per Bal. habet in Rub. C. de fid. instru. col. antepenul.
3 Respondit Decius consil. lxx. Incipi. Pro tenui facultate mea &c. col. i. lib. i. ✱ Sed Episcoporum proprium est bona & iura suę ecclesiæ tueri, neq; ea quoquomodo alienare. c. nulli liceat. de reb. eccle. alienan. vel non. merito huic scripturæ per quã iurisdictiones ecclesię custodiuntur standum erit: Idq; magis verũ videtur quia successores in locum alterius iustam causam ignorantiæ habent. l. qui in alterius. ff. de regu. iur. Proinde eorum, quæ anteac gesta sunt, probabilem ignorantiam foues.

Præterea vt nobis per literas tuas exponitur, Administratores Ecclesię sanctæ Mariæ in huiuscemodi censu tibi præstando (Vbi accipere velles) non cunctarentur, Quinimmo sponte darent, Ideo accipere potes, tale enim pactum seruatur, quale partibus placuit. l. i. § si conueniat. ff. depo. neq; in volentem infertur

iniuria.l.i § vsqueadeo.ff. de iniur.

Vltra prædicta pro hac opinione facit.l. mortuo iudice.ff. de iudi. mortuo iudice, is, qui in locum defuncti subrogatus est, factum mortui sequi debet: id in proposito themate consulendum videtur, quod tuis prædecessoribus placuit accipiendo censum, te id sequi oporteat: & quispiam forte dicet, necessario te hunc censum postulaturum, ne dum ab eius petitione desistis bona immobilia tuæ ecclesię donare videaris.l. donari.ff. de dona. tit. genera. Res donari intelligitur quando nullo iure

4 cogente conceditur. ✱ Et quæ annuatim præstantur, immobilia censentur. Clemen. exiui de paradiso § cumq; annui redditus. de verb. signi. quorum bonorum alienationem prorsus interdictam sæpissime rescriptum est.c.i.c.nulli liceat. & per totum titulum. de reb. eccle. alien. vel non.

5 ✱ Hoc alia ratione firmari videtur, sciendum quidem est ꝙ census ignorantiæ, id est census, qui ignoratur quare sit impositus, vt in casu nostro: potest annis quadraginta pręscribi.c. peruenit. vbi glo. & Doct. de censibus. Quapropter hunc censum accipere & præscribere nihil tibi impedimento esse videtur.

Non etiam in proposito casu ædictum Bullæ Domini Papæ obstare videtur, Illo etenim cauetur ædicto, ne quisq̃ quaecunq; etiam sublimiori pręfulgens dignitate fructus, aut bona quæcunq; ad ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum, vel ad ipsas ecclesias pertinentia surripiat vel vsurpet, ex quibus verbis liquido constat Pontificis ædicto locum fore, quando per Episcopum, aut Alium similem bona huiusmodi à personis ecclesiasticis, siue ab ecclesiis contra illarum voluntatem accipe-

6 rentur. ✱ Cum significatio verbi surripere, vel vsurpare, nobis id satis manifestum faciat § interdum § aliquando § hi qui. cum § sequenti. & per totum. insti. de obliga. quæ ex delict. nascun. c. generali de elec. in sexto: Sed in terminis nostris Administratores ecclesię sponte, non inuiti censum offerrent, igitur accipere potes, Nec obstat ꝙ in ea Bulla dicatur non posse quicq̃ accipi etiam à sponte dantibus &c. vt nunc proxime dicam.

Alia verba eiusdem Bullæ indicare videntur, quæstionem nostram ædicto illo non comprehendi, inquit ibi Romanus Pontifex, & qui onera ecclesiis sine expressa licentia Papæ imponunt, & diuersis modis exigunt licet à sponte dantibus aut consentientibus &c. Censuit itaq; Pontifex, vt Episcopi aut Alii Prælati imponentes censum & quoquomodo illum exigentes puniantur &c. de his tantum videtur sensisse qui vtrunq; agunt imponendo scilicet & exigendo censum, non quidem de his, qui tantum exigunt & non imponunt, vt est in casu nostro, proprietas nanq; illius copulæ, &, coniunctionem omnimodam exposcit.l. ea tamen adiectio.ff. de leg.iii. cum similibus. Ideo in terminis nostris hoc minime verum erit, quoniã censum, quem tu non imposuisti modo exigeres.

Vel alio Argumento dicendum videtur casum nostrum valde diuersum ab his, quæ ædicto illo siue Bulla cõtinentur, Verba etenim Bullæ sonãt, cũ aliquis fructus vel quoslibet ꝓuentus clericoꝝ, aut ecclesię subditæ in suos ꝓprios vsus cõuertit, qđ p illa verba vsurpãt, surripiũt, exigũt &c. euidẽter cõspicimus, quę ĩ dubio verba sunt immediate ad ipsos surripientes, aut exigẽtes referenda.l. hoc legatum.ff. de lega.iii.

Barto.

Barto. in .l. quæritur. ff. de sta. homi. sicq; illa Bulla non loquitur quando ad suam vel aliam ecclesiam, siue monasterium, de quibus nulla ibidem mentio fit, fructus prædictos surripiens confert, quemadmodum in quæstione proposita esse testatur, Differentiæ ratio est manifesta, vbi quis pro sua vel alterius ecclesia aliquid accipit, Dei & ecclesiæ proprium est, neq; id ei minuere licet § nullius. institu. de rerum diuis. c. ii. c. nulli. c. prædia. c. qui abstulerit. c. quisquis. xii. q. ii. quod non est in alio casu, quando pro se, non etiam pro ecclesia capit, de his Enimuero libere disponit. c. episcopi. c. sint manifestæ. xii. q. i. ex quibus probandum videtur Reuerentiæ tuæ legitime concessum pro ecclesia tua censum illum capere posse. Nouissime ædictum Bullæ, Tametsi de taliis præstantiis, ac decimis, faciat mentionem, de censu tamen aliquo haud quidem meminit, iccirco quod ædictum non dicit nec ego loquar. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. Tale itaq; ædictum extra terminos nostros esse compertum satis videtur.

Prædictis verūtamen non obstantibus contrarium de iure verius esse reor, vt censum
hunc nullo iure exigere valeas: Loquar primum secundum sacrosancta iussa, ca-
nonum, dehine verbis Bullæ veram & indubitatam interpretationem pro tenui
7 facultate mea adducam: * Iure Pontificio nominatim cauetur, vt nemo Episco-
porum ecclesiis sibi subiectis censum ad sui vtilitatem de nouo imponat. c. pro-
hibemus. c. ecclesiis. c. grauis. c. scientes. de censi. quamuis enim Episcopus in sua
Diocesi, pro aliis ecclesiam censualem iusta subsistente causa faciat. c. significauit.
8 c. cum clerici. c. præterea. de censi. non tamen pro se hoc agere potest, * Ra-
tio est, ne in proprio negotio suam auctoritatem apponat, quod iure non est
receptum. l. i. ff. de Aucto. tuto. § si inter tutorem. instit. eo. Clemen. ii. de
9 Reb. eccle. non alien. * Et inter dantem & recipientem differentia esse de-
bet. c. per nostras. vbi glo. de iurepatronatus, Quare vbi auctoritas Episcopi
interesse non potest summi Pontificis consensus desideratur. c. nullus. de iure
patronatus. Ita notabiliter inquit glo. per illum textum in. d. Clemen. ii. versic.
mensæ &c. in fi. de Reb. eccle. non alien. c. pastoralis. de priuil. Verum in casu
nostro Episcopus de Crouaria tuus prædecessor in impositione noui census,
quem de nouo post fundationem ipsius ecclesiæ imposuit damnabiliter agens sua
auctoritate & pactione contentus non Romanum Principem, vti debuerat,
consuluit, ideo nouus census male impositus creditur, per consequens tu illum
non iuste acciperes dicto. c. prohibemus. Nec me mouet in libro cathedraticí
scriptum fuisse, Ecclesia sanctæ Mariæ debet & obligata est annuatim soluere Epi-
10 scopatui Sarsinæ &c. * Quandoquidem propter hanc scripturam solemnia
necessaria interfuisse tali obligationi census non præsumuntur, cum sint solem-
nitatis extrinsecæ. l. sciendum. vbi Bar. Alex. Ias. & Alii. ff. de verb. oblig. per Ab-
ba. in. c. significauit. ii. nota. de censi. Et nunquam ius speciale siue priuilegium
præsumitur, nisi probetur expressæ. l. filium quem habentem. vbi glo. ii. C. fa-
mil. herciscun. Nec ad rem pertinet Administratores illius ecclesiæ tibi vltro
11 (si velles) censum offerrent. * Hi quidem censum indebitæ soluentes contra ius
12 faciunt, atq; canonica sanctione puniri debent. c. grauis. in fine de censi. * Tueq; di-

gnitatis esset proprium eandem ecclesiam, seu oratorium ab illorū manibus eripere, ne laici tanto superbiæ fastu elati bona Dei administrare audeant.c.ecclesiis. & inibi doctores omnes.de censi.

13 Quare cēsus ab ecclesiis petatur vel accipiat, neq; diuino, neq; humano iure ignorati conceditur.c.peruenit ad nos.de censi. exēplo sanè perniciosum est causam præstitæ pensionis non intelligere.l.si certis annis.C.de pac.l. si quis postq̄.l.si quis pro eo.ff.de fideius. l. huiusmodi legatum.ff. quando dies lega.ced. sed census, de quo agitur census ignorantię merito appellatur, verba nanq; in libro cathedratici descripta causam impositi census nequaq̄ edocent, igitur censum petere nulla ratione

14 debitum iniquum foret. Et si talis census, qui ignorantiæ dicitur, possit annis.xl. pręscribi, huiusmodi, enim præstationes, siue seruitia, licet continuā causam seu possessionem non habeant, tempore tamen acquiruntur.c.fi.xvii.q.ii.c. quæsitum.in fi. .i.q.iii.l. si quis diuturno.ff. si serui. vendice. tradit notabil. glo. in.d.c. peruenit de censi. & hoc quando Episcopus vel alius præscribens bonam fidem & non dubiam in præscribendo habuit, vt voluit Abb. post Hostieñ. in præalleg.c. peruenit habetur per eundem Hostieñ. in summa eiusdem tituli. de censi.in § quis census soluendus sit &c. Atramen iste census non fuit tanto tempore bona fide solutus, quanto præscriptionis iure postac legitrime petatur: bona fides planè huius census ignorantiæ incipere potuit in persona Episcopi Alexandrini tui immediatę prædecessoris, qui non imposuit talem censum sine auctoritate Papæ quemadmodum fecit Antecessor Episcopus de Crouaria, qui erat in mala fide, sciebatq; censum nouum à seipso nulla causa imminente impositum, sed ipse Alexandrinus, qui post illum de Crouaria in Episcopatu successit, potuit bona fide persecutus esse receptiones talis census credens antea iustæ impositum atq; deberi, & vulgo dicitur iustam fouere ignorantiā, qui alterius subintrat locum: Itaq; tuis perspectis literis (si rectè dinumero) ab anno Domini. 1523, vsq; ad annum. 1529. qui fuerunt anni sex, Alexandrinus Episcopus bona fide hunc censum accepit, postea, Tu anno. 1530. per q̄ digne in Episcopum eiusdem loci electus bono animo, fide integra vsq; ad annum. 1536. receptiones. d. census oblatas suscepisti, sicq; tempora tui episcopatus, quibus censum accepto tulisti, coniungendo, temporibus Alexandrini Episcopi prædecessoris, annorum tresdecim spatio terminantur, Quæ tempora ad præstationem huiusmodi census præscribendam non satis idonea visa sunt, iuribus supra legatis, Postea vero ab anno. 1536. in hunc diem vsq; Reuerentia tua perpensiori religione ducta cō scientiam sanctam & Remordentem fouere cœpit, dubitans an canonice talis nouus census impositus sit, per consequens iuste ne an petatur, seq; à receptione census rectissime continuit, igitur malęfidei possessor huius seruitutis census diceris, nec præscriptionem ambiguitate conscientiaq; tua remordenti ruptam decętero im-

15 plere potes.c. Vigilanti.c. penul, in fi.&.c.fi. de præscrip. Ideo habens conscientiam rei alienæ dubiam ac remordentem eam sequere, prout sequi teneris, de hoc adduco peregrinum & singularem textum in.c. per tuas.el.ii. de simo. Prædicta secundum ius canonicum differuisse sufficiat.

Agredior verba Bullæ in cæna Domini, quæ bulla licet disponat & tractet de eo, quod in Concilio

in Concilio Lateranensi sancitū fuit, vt statim probabo, & ei aliquid etiam addat, ma-
16 gis tamē q̄ ius canonicum in casu nostro seruanda est. ❀ Sicuti videmus statutū cō tinens, quæ primo de iure communi disposita erant, debet vt statutum, non vt ius commune, seruari, præsertim vbi aliquid iuri communi addit vel detrahit, ita censue rūt scribentes omnes in.l.i.in princ.ff.ad.l.fal.& ego alias plenè examinaui in Almo Bononiensi patrio Gymnasio super tit. instit. ad.l.fal.in prin. Quocirca verba ipsius bullæ accuratius obseruanda erunt.

Imprimis q̄ bulla loquatur & tractet quod in Lateranensi concilio agitatum statutū ue fuit, euidenter probatur in illis verbis bullæ, inuocamusq̄ decreta super his tam p̄ sacros canones & concilia generalia, q̄ etiam in Lateranensi concilio nouissime cele brato &c. Igitur debet intelligi secundum concilium, quod allegat, Bar.in.l.non so lum §.si liberationis.ff.de lib.lega.& in.l.cum quidam.ff.de hiis qui.vt indig.l.cū pa ter §.Dulcissimis.ff.de lega.iii.cuius Lateranensis concilii verba in.d.c.prohibemus. de censi.conscripta extant. Deinceps ea bulla disponitur, nequis absq̄ speciali & ex-pressa licentia summi Pontificis grauamen, prǣstātias, aut alia onera Ecclesiis impo nat, aut exigat, votum, consilium, siue fauorem præstet. Quę verba ad imponendum aut exigendum censum exquisitam & ad oculum corporis intelligibilem Romani
17 Principis licentiam omnino efflagitant. ❀ Quando aliquid expresse in rescriptis Domini Papæ fieri cauetur, nō sufficit q̄ ex coniecturis vel aliis præsumptionibus id elici posit, nisi liquido scriptura de hoc interueniente appareat. c. inquisito-res.& ibi.glo.singularis in ver.expresse &c. de hæreticis.lib.vi. D.Abb.in.c.ad aures. de rescrip. Angel.in § si vero expressim.in.auc. de hered. & falci. qui per illum textū asserit, quotiens quid expressim contra ius commune admitti debet, non per alia ver ba, nisi per ea, quæ proprie ac manifeste id admittunt, fieri posse, Quem late sequitur Iason in.l.prætor ait.col.ii. Et. iii.ff.de noui.oper.nunci.at hic cū ab initio in imposi tione census tum in exigendo eum siue recipiendo nulla de hoc appareat summi Pontificis exquisita licentia, non est dicendū q̄ ille Episcopus de Crouaria recte cen-sum imposuerit, postea tu recte illum exigas, maxime id concedendum est, quoniam Ecclesiæ à nouis censibus aliisq̄ grauaminibus iure cōmuni & regulariter sunt immu nes. c. cum pro vtilitate.xvi.q.i.&.d.c.prohibemus.c.scientes. & per totum tit. de censi. Item cum in ipsa bulla verba geminate fuerint prolata, ibi sine speciali & expres sa licentia &c. quæ geminatio licentiam Pontificis de hoc claram manifestam & ad oculum corporis constitutam interuenire debere mirum in modum declarat.l. Bali sta, cum materia.ff.ad trebel.habetur per Alexandrum in Rub.ff.de verb.oblig.

Non obstant, quæ incontrarium primo loco proposita sunt, indubio credendum Epi-scopo eiusdemq̄ scripturis &c. per superius adducta satis abunde Responsum patet.
18 ❀ Non obstat succedens in locum alterius factum ipsius probare deber. d. l. mor-tuo iudice. quod oino probabile esse arbitror, si modo factum defuncti iustum so-ret, non vero iniustum sicuti. In casu nostro esse videmus, ita inquit Bar. post. glo. in.d.l.mortuo iudice. Non obstat vt videaris donare bona Ecclesiæ si à petitione cē-sus prædicti diuerteres, quoniam vt supra plenè dixi, talis census non cōnumeratur in bonis tuæ ecclesiæ, atqui absq̄ scientia Papæ prohibetur esse. Non obstat cen-

sum ignorantiæ annis. x l. præscribi posse, cum ex prædictis præscriptionem pœnitus, ruptam, vel potius nullam vnq̃ fuisse ob licentiam pontificis deficientem cõstet. Nec quisq̃ sibi blandiatur q̃ bulla videatur loqui de personis tantum, quæ ab ecclesiis, aut à personis ecclesiasticis contra illarum voluntatem & non à sponte dantibus capiunt, propter illa verba vsurpare, surripere &c. cum de his, & qui à sponte dantibus, & qui ab inuitis dantibus accipiunt specifice loquatur, Neq; verum est in Bulla vtrunq; copulatiue requiri q̃ idẽ scilicet censum imponat & exigat vt sit ædicto siue prohibitioni locus, quod non esset in casu nostro, cum tu censum non imposueris, sed tantũ exigere an posis quæras, Respondeo per alia verba illius ædicti claræ apparere pręsentem casum tali ædicto esse complexum in illis præcipue verbis, Nec non qui per se vel alium prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxiliũ, consilium, aut fauorem aut votum, seu suffragium, præstare non verentur &c. vtiq; si tu censum exigeres auxilium, votum, ac suffragium, præstare diceteris, in ædictumq; Bullæ incideres perinde ac si tu ipse ab initio censum imposuisses Arg § interdum quoq; institu. de oblig. quæ ex delic. nasc. item ratio quare ædictum Bullæ emanauerit illa est, vt libertatem, quã maiores sibi ipsis desiderant, inferioribus etiam conseruent, quod manifeste apparet dum in bulla allegatur concilium Lateranense vbi talis assignatur ratio. d. c. prohibemus. de censi. Cæterum si tu, qui non imposuisti censum modo exigeres, libertatem inferioribus tuis non conseruares, ideoq; candem prohibitionem in exactione esse, quę in impositione fuit dicendum arbitror, 19 cum differentię ratio nulla assignetur. l. à titio. in fi. ff. de verb. oblig. ❀ Neq; semper illa copula, &, coniunctionem denotat, aliquando disiunctiuæ ponitur vt in auth. vt fra. fil. circa mediũ. Sicuti in. d. bulla exponere probè conueniret, Præterea nec obstãt verba ędicti, q̃ talẽ habere sensum videnẽ, vt iponẽtes, vel exigentes cẽsum pro se ipsis tm̃ nõ aũt pro Ecclesia sua ædicto cõtineãtur, ideo tu, qui pro Ecclesia tua censum 20 acciperes, illius ædicti dispositionẽ euitare videris &c. ❀ Respondeo q̃uis pro tua Ecclesia censum acciperes nihilominus de oĩbus fructibus & redditibus Ecclesię tuę primã portionẽ tibi familiæq; tuę necessariã summis. c. ex his. & sequenti. c. nulli. xii. q. i. c. concesso. c. quapropter. cũ tribus capitulis sequentibus. xii. q. ii. & sic res Ecclesiæ Episcopis principaliter, deinde fabricis & ęgenis hominibus sunt constitutæ, merito dictum est Episcopum in acquirendo censum vel aliud commodum Ecclesiæ suæ auctoritatem pręstare non posse, sed est maioris, siue Pontificis auctoritas adhibenda, ne in facto Episcopus auctorizaret proprio Clemen. ii. vbi glo. in verbo mensę &c. de reb. eccle. non alienan. & ita acquirere Ecclesię suæ factum Episcopi propriũ estimatur, superiusq; de hoc diximus. faciunt eleganter notata per Bar. in. l. in tantũ. ff. de rerum diui. Monachi regulariter pro causa Monasterii possunt testimonium dicere vt ibi, fallit cum singuli Monachi ex ea causa tunicam, aut Paliũ habituri sunt, propter illud particulare causa eorum propria censetur, testimoniumq; in ea nõ perhibent, itaq; cum de oblationibus, quibuslibet & redditibus Ecclesiæ potiorem partem capias, hunc censum pro Ecclesia tua exigendo pro te ipso accipere potissime diceris. propterea ædictum bullæ, nihilominus effugeres. Nec credatur bullam non loqui de censu, quia de aliis grauaminibus mẽtio fiat &c. Necessario equidem probandum existimo

dum existimo, & de impositione census constitutionē bullæ intellexisse, tū propter inuocationem concilii Lateranensis, quod de censu non imponendo factum est.d. c. prohibemus, tum propter illa verba bullæ, ibi & alia onera, quæ verba sunt generalia neq; ad decimas, talias, seu præstantias, de quibus singulis nominatim primo cauetur, relationem habere possunt.l. Doli clausula. ff. de verb. obliga. cum similibus & censum imponere est onus, atq; grauamen his, quibus est impositus. c. ea quæ. c. Ecclesiis. de censi. c. præterea. de iure. patron. cum simili: Proinde placet Reuerēn. Pater Sanctissimas Manus tuas ab his receptionibus census in posterum referas: Bene uale mecq; mutuo Ama.

Laus Deo omnipotenti ac virgini Mariæ eius matri.

Finis.

1 Filii fratris, & filii sororis meæ mihi ab intestato in stirpes de iure cōmuni succedunt.
2 Statutum Bononiæ sub rub. de succes. ab intest. ascen. & colla. in. §. Agnati namq; masculi &c. quonam modo interpretetur.
3 In statutis quando vnica ratio reddi potest, illa pro expressa habetur.
4 Statuta in Italia sunt, vt extantibus fratribus sorores non succedant, si moritur frater relicta sorore vtrinq; coniuncta, & fratre ex patre tantum coniuncto, ac etiam matre, quid iuris erit.
5 Statutum contra ius commune, non trahitur ad casum in eo non expressum.
6 Statuto dictante q patruus excludat matrem in successione filii, idemq; filius moriatur superstite patruo, & superstite fratre per patrem duntaxat coniuncto, num solus patruus admittatur.
7 Statuta odiosa & contra ius commune non possunt identitatis etiam ratione ad casum non expressum trahi.
8 Statutum Bononiæ iubens sorores defuncti concurrentes cum transuersalibus agnatis, in successione præferri, demum q agnati transuersales cum filiis sororum venientes eisdem præponantur, quo nam iure intelligatur.
9 In statuto, aut lege cū qd ex scripto fieri cauetur, scriptura ad substātiā rei prorsus est necessaria.
10 Statuti qualis sit ratio excludentis collaterales agnatos propter sorores defuncti superstites.
11 Inclusus ad se exclusum trahit, non econtra.

Respon. IIII.

Redemptoris nostri humiliter inuocato suffragio.

EX Facto quæritur defuncti fratris intestati successio ascendentibus descendentibusq; nullis relictis, sororibus duntaxat & pręmortuæ sororis filio superstitibus, ad quem ex his iure pertineat? ✱ Sanè quidem consultatio
1 huiusmodi non longius producenda foret, quando secundum æquissimi in hac parte iuris communis dispositionem Respondere deberemus, quo permittit fratribus, sororibus, item filiis fratris vel sororis pręmortuæ talem inter se diuidere hæreditatem, vt portionem tantam ferrant fratris aut sororis defunctæ filii, quātam eorum pater vel mater si superuixisset latura fuerat §. si igitur defunctus. in auc. de hęre. ab intes. venien. ex quo res de qua agitur expeditum tractatum haberet, cum hic filius sororis
2 defunctæ vna cum suis matertetis in his bonis eo iure viriliter sucedat, ✱ Verum (vt reor) iure nostro Municipali posito sub Rubrica. de succes. ab intes. ascenden. &

collat.in §.Agnati namq; masculi.qualem qualem dubitationem oriri contra filium sororis mortuæ quibusdam placere dicitur,neq; ipsum cum.d.sororibus admittendum,qnínimmo per eas,a tali successione pœnitus vel pro maiori parte excludēdū: Statuto illo cauetur,Quod sorores defuncti in successione excludant agnatos masculos collaterales,Deniq; prædicti agnati si modo cum filiis sororum concurrant eisdē filiis præferantur sicuti ibidem latius &c. Quapropter sororibus & prædefunctæ sororis filio concurrentibus,sorores solę iure optimo admitti videntur.l. æquissimum §i.l.ii §si sit agnatus.ff.ad Tertul.si excludo eum,qui te excludit,a fortiori te ipsum excludo,idem in proposito dicamus,sorores,quæ agnatos collaterales masculos excludunt,filio alterius sororis defunctæ merito pręferri,qui filius ab eisdem agnatis in tali hæreditate excluditur,pro hac parte faciunt ea,quæ tradit Bar.in.l.ii.§. vidēdū .ff.ad Tertul.statuto ciuitatis Florentiæ est constitutum,extantibus Agnatis mater filio non succedat,idem erit in auo materno vt illum,qui post matrem defuncti admitteretur excludant Agnati:Itaq; Agnati excludentes matrem excludunt etiam Auū maternum,qui à matre excludebatur,ergo sorores in casu nostro excludentes Agnatos collaterales filium alterius sororis excludere debent,qui ab eisdem Agnatis per statutum excluditur.

Præterea vbi causa finalis statuti viget,ibi eiusdem dispositio cessare non debet. Glo. nota.in.l.generaliter.vet.derelictis.C.de Episco.& cleri. Sed statuti causa hæc sola fuit,vt sorores Agnatis collateralibus præferātur,quia ipsę ꝓximiores defuncto sunt.

3 ✠ Hoc probatur manifeste,In statutis quando vnica ratio reddi potest,illa pro expressa habetur.l.quamuis.vbi Barr.post.glo.C.de fideicom.cum simil.Igitur in proposito idem erit dicendum,ꝗ filio præferanť,cum sorores huiusmodi sint defuncto proximiores in gradu,quàm dictus filius sororis prædefunctæ fuerit,At hæc oia posse procedere videntur in quibuscunq; bonis defuncti exceptis duntaxat bonis maternis eiusdem defuncti,in quibus filius sororis à nemine per statutum excludiť vt in verbo exceptis bonis &c. Aliaq; insuper multa pro dictis sororibus adduci possent,quæ vt leuia ac inutilia omittere constitui.

Prædictis Enimuero non obstantibus contrariam partem de iure veriorem existimo filium nanq; sororis mortuæ vna cum aliis sororibus superstitibus ad hanc omnem hæreditatem æqualiter admittendum explorati iuris est.l.ii.§.si sit consanguinea.ff. ad Tertul.soror consanguinea in successione fratris patrem adoptiuum excludit, qui pater matri pręfertur,Attamē soror matrem non excludit,sed cum ea pariter succedit excluso patre adoptiuo,ita eleganter Bart.determinat in simili quæstione per

4 illum tex.in.l.i §qui habebat.nu.iiii.ff.de bon.posses.contra tab. ✠ Statuta per Italiam fieri consueuerunt,inquit ipse,ꝗ extantibus fratribus sorores non succedant, euenit casus,quo moritur frater relicta sorore vtrinq; coniuncta,item fratre ex patre tantum coniuncto & etiam matre,quærebatur an mater sola succederet reliquis exclusis,Isto casu mater vincit fratrem ex patre tantū.auct.defuncto.in fi.C.ad Tertul. Et frater propter statutum sororem excludit,nihilominus matrem cum sorore ęqualiter succedere affirmat.

5 ✠ Ratio quippe decisionis manifesta est,quoniam casus contingens non comprehenditur in statuto,statutum illud solummodo loquitur

quando

quando fratres & sorores concurrerent in hæreditatem fratris defuncti, tunc soror nō admitteretur, Secus si mater cum fratre & sorore veniret, quoniam statutum isto casu non loquitur, ideo remanet in dispositione iuris communis. l. sicum dotem. in prin. ff. solu. matr. ita proprie Bal. sequendo dicta Bar. concludit in. l. siquis filium. in vltima col. ver. quarto quæro de tali. q. C. de inoffi. Testa. quam decisionem nominatim refert & sequitur Alex. in. l. illam. col. iii. nu. vii. versi. subdit Paulus de Castro. C. de colla. citando Petrum de Anchar. ita tenentem in. c. canonum. extra. de constitu. Quare idem erit dicendum in casu proposito, q͛ in dispositione iuris cō munis remaneat cum statutum nostrum duobus solis casibus loquatur, Primus quando sorores cum Agnatis transuersalibus, Secundus quando dicti Agnati cum filiis sororum concurrunt, non etiam quando filii sororum cum aliis sororibus concurrant,
6 prout accidit in themate, de quo agit. ✠ Istius questionis decisio, recte traditur per doctores in tali quæstione, Dictat statutum q͛ patruus excludat matrem in successione filii, contingit filium mori relicto patruo, & relicto fratre per patrem tantum coniuncto, an iste patruus solus ad hæreditatem admittatur excluso fratre defuncti, qui frater ex patre solum coniunctus excluderetur à matre, si cum ea concurreret. d. auc. defuncto. supra. alleg. Doct. omnes. vno ore fatentur q͛ frater solus admitatur neq͛ patruus aliquo iure in talibus bonis succedat quia iste casus in statuto obmissus est, Statutū enim loquitur in patruo & matre, non in patruo & fratre, Iccirco ad ius cō mune pertinet secundum Paul. Castrēsem. post Bal. ibi in. d. l. illā. col. iiii. nu. ix. ver. aut mater non superetat. Alex. consil. iii. nu. vii. ver. primo casu. Decium. col. iii. nu. xiii. ver. secunda conclusio. & omnes in hoc puncto nemine dissentiente. C. de collatio. Et Bal. in. l. si defunctus. in. i. col. infi. ver. sed si mater non esset immedio. C. de suis. & leg. Igitur idem omnino erit in casu nostro, q͛ filius sororis de iure cōmuni admittatur, cum non reperiantur Agnati collaterales personæ defunctæ, qui mediante statuto eundem filium sororis excludāt, nec tale statutum loquitur in terminis nostris vbi concurrit filius sororis mortuæ cum aliis sororibus defuncti, non vero cum Agnatis collateralibus, sicuti Statutum expostulat.

Quinimmo & vnum fortius defendi posse dicebam, posito etiam q͛ Agnati collaterales masculi cum dicto filio sororis mortuę, sororibusq͛ defuncti venirent non minus prædictus filius sororis viriliter cum sororibus defuncti exclusis Agnatis succedere
7 deberet. ✠ Planè clarum est statuta odiosa, quæ sunt cōtra ius cōe non posse etiam ex identitate rationis ad casum non expressum trahi. l. qđ vero. l. ius singulare. ff. de legi. optime declarat Bar. in. l. si vero § de uiro. ff. sol. matri. & prouisio Statuti exorbitantis facta in vno casu alios non nominatos in dispositione iuris cōmunis dimit
8 tit, late per Bar. in. l. si cū dotem. sol. matr. ✠ Sed statutū in. d § Agnati. in prin. dispo nit q͛ sorores defuncti concurrentes cū Agnatis transuersalibus in successione præferantur, demum in inferiori parte eiusdem q͛ Agnati transuersales cū filiis sororum venientes illis præponantur, neq͛ in alio casu prospectum est, igitur si euenerit casus vt sorores defuncti, Itē filii sororꝫ, necnō Agnati collaterales cōcurrerent, filii sororis tn̄ vna cū aliis sororibus defuncti exclusis. d. Agnatis succederēt & sic de iure cōi, cū talis casus in statuto minime fuerit expressus, hoc modo in ꝓpriis ferè terminis deci

cidit Collegiũ Perusinũ in quoddã cõsi.inter cõsilia. Ang.nu.cxx.incipiente, statutũ supradictũ &c. a fortiori ergo q̃to magis.d. filium sororis, nõ extantibus Agnatis collateralibus, ad hanc hæreditatem ex iure communi admittendum dicemus.

Vltra p̃dicta illud cõsulto animaduertere debemus in principio nr̃i Statuti p̃dixisse statuẽtes in hmõi successionibus ius cõe seruandũ, saluo superiori statuto & præterq̃ in

9 casibus infrascriptis. ● Sed qñ in lege vel statuto dr̃ q̃ res aliqua ex scripto fieri debeat, scriptura semp ad esse & ad substantiam rei prorsus necessaria est, alioquin nõ valeret §.fi.inst.de testa.tradit Sali.in.l.hmanũ. per illũ tex.C.de legi.asserens hanc esse cõem opinionem, Itaq; cum noster casus in statuto non fuerit scriptus, s̃m iuris cõis dispositionem iudicandus erit, & eo magis. Id veʀ est qa summus in exorbitantibus, quæ in suis meris finibus ac strictissime intelliguntur per superius dicta.

Præterea vt terminos statuti nr̃i diligenter pquiramus sicq; veritas magis eluceat. ● Vi

10 dendũ est qs sit effectus illaʀ sororʀ, quæ p statutũ agnatos collaterales excludũt, æq dẽ illã esse rõnem negabit nemo, q̃ heæ, q̃ omni iure sunt inclusę ad se trahant filiũ alterius sororis mortuæ, q filius ab agnatis excludebat̃ vt simul oẽs succedant, exẽpli gratia, Finge sorores extare, agnatos collaterales masculos, & filiũ alterius sororis, q filius p eosdẽ agnatos in statuto nr̃o excludit̃, certe sorores, q̃ ip̃os agnatos excludũt, neq; ipsę vllo iure ab aliquo in tali casu excludunt̃, trahent ad se filiũ alterius sororis,

11 vt vna cũ eis succedat exclusis agnatis. ● Qm̃ inclusus trahit ad se exclusũ nõ ẽ cõtra arg.l.fi § sed nec fi ẽm.C.de legi.her. put adnotat notabilr̃.Bal.in.l.qcũq;.col.iii. ver. attende.C.de ser.fugi.Seqtur & determinat Cor.in suo eleganti cons. Incipiẽte trãseamus itaq; ad s̃m q̃sitũ.vol.iii.nu.x.Nã cõsultus de q̃one, extabat statutũ q̃ stãtibus masculis filia dotata patri nõ succedat, decessit pr̃ relicta filia dotata, & altera indotata, itẽ relicto fr̃e, q patruus.dictis filiabus dr̃, tali casu cũ filia indotata nõ sit, ab hęreditate patris seclusa sed oĩ iure inclusa eius bñficio altera dotata simul cũ ea admittet̃, nõ obstãte patruo, ita respõdit ip̃e citãdo Baldũ in loco p̃alleg. Quãobrẽ in terminis nr̃is, si dictę sorores oĩ iure iclusę illud p̃cipuũ hñt q̃ filiũ alterius sororis ab agnatis exclusum ad se trahãt, & cũ eo ęq̃ succedãt, nõ poterũt mõ hũc filiũ alterius sororis cũ quo solo veniũt excludere, & cõsequẽter cõtrarios effectus paterẽ.l.legata inutiliter. de leg.i.cũ filibus. p̃dicta vehemẽter cõferũt ad decisionẽ q̃onis ppositę & multũ notãda.

Non obstat si vinco vincẽtẽ te &c.p.d.l.ęqssimũ §.f.&.l.ii.§ si sit agnatus. ad ter. satis ex superius deductis in lõge diuerso casu nos esse cõstat, ibi.n.tres sp̃es psonaʀ cõcurrebãt scilicet Auus, pr̃, & mr̃, siue agnatus pr̃, q dederat se in adoptionẽ, & mr̃, hic aũt duæ sorores.s.& alterius sororis filius, itẽ ille casus in lege est exp̃ssus, hic vero ĩ Statuto omissus, vel s̃m Bar.i.l.i § q hẽbat.nu.iiii. ver.qd dicemus.ff.de bo.pos.cõtra t.illd est qa auus succedit in locũ p̃ris, q pr̃ est filius ipsius aui, merito auus tanq̃ pr̃ excludit matrẽ in successiõe nepotis, at in pposito sorores istę nullo iure succedũt p̃dictis agnatis collateralibus Tãetsi eos excludãt a tali hr̃ditate: vel (vt ita dixerim) mille modis ad vtrasq; leges rñsiones ineuitabiles adaptant̃ sicuti p Corneũ in p̃alleg.cõs.col. v.ver. nec obstat.d.l.æqssimũ. Sat cẽ mihi qdẽ psuadeo q̃ extra terminos nostros.d.ll.penitus loquant̃. Nõ obstãt dicta Bart.in.l.ii § videndũ.ad tertul.qm̃ forte pcederẽt aliquo casu & etiã cũ grandi dubitatione, quia de hoc nihil satis firmi habemus, nisi in

contrarium,

contrarium,si modo defuncti mater,quæ fratrem ex patre tantum excludit esset in medio & sic concurrerent patruus defuncti, mater,& frater ex patre tãtum,qui à matre excluditur.d.auc.defuncto.Secus si nõ esset mater in medio,sicuti in casu nostro non sunt aguati collaterales,qui.d.filium sororis cum eo concurrentes per statutum excluderent,tunc dicta Bar.non vendicant sibi locum,cum ius commune seruetur vt communi sententia omnium scribentium in.l.Illam.C.de colla.clate traditur, & supra retuli. Postremo non obstat de causa finali statuti, quæ adhuc durare videtur &c. Respondetur ex prædictis veras Responsiones colligi,cum exorbitantia statuti ex identitate rationis extensionem non patiatur.l. si vero. §. de viro.ff.solu.mat. Ex quibus cõcludo.D. Pompeum de Alodouisiis filium sororis prædefunctæ omnino,vna cum aliis sororibus Magnifici æquitis de Sassonibus defuncti in omnibus illius bonis admittendum.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Probationes quælibet recipiendæ sunt priusq̃ in causa sit conclusum.
2 Sententia diffinitiua licet transierit in rem iudicatam per integrum tamen restitutionem an & quando rescindatur.
3 Negans in iudicio rem possidere si de mendacio conuincatur priuandus est possessione rei.
4 Interrogatus an petitum fundum possideas,& respondeat negando,& quis appareret contrariũ, tunc Dominii exceptionem obstare absq; mendacio aliquo,& legitime respondit.
5 Expressum id habetur quod ex verisimili hois mente,si interrogatus fuisset,oino expressisset.
6 Renuncians iuri suo ad id amplius admitti non debet.
7 Sententia diffinitiua,& sententia interloquutoria,quæ dicantur.
8 Sententia de mittendo in possessionem quando diffinitiua sit.
9 Verba sententiæ huiusmodi,& Dominus Iudex interloquendo declarauit &c. non id efficiunt, vt talis sententia credatur interloquutoria,si modo substantialia diffinitiuæ habeat.

Respon. V.

Redemptoris nostri humiliter inuocato suffragio.

Diligenter consideratis his, quæ in præsenti consultatione proposita sunt, dubium oriri videbatur, vt actor omnimodo probationibus, quas eligeret adhuc vti posset, eiusq; desiderium non improbandum quoniam vel lit ostendere fundum per aduersarium possessum eo agro contineri,quem ipse actor
1 intentione sua complexus est. * Probationes enim quelibet antequam in causa cõclusum sit in iudicio recipi debent.c.cum dilectus.extra.de fide. instru. quamuis secus sit post conclusionem vt ibi, sed in casu, de quo quæritur partes non renuntiauerunt probationibus,et sic in causa conclusum fuisse non apparet, ideo dicẽdum est huiusmodi probationes posse recipi ac debere,non obstante interlocutoria sententia quadam disponente vt reus inquietari non possit in agro,quem reus ipse se possidere confessus est,cum talis, sententia apud iuris peritos modici effectus existimetur,nec eius occasione probationes regulariter impediri consueuerint.l.quod iussit.

cum materia.ff.de re.iudi.Aut volumus dicere eam sententiam nō interlocutoriam
2 sed potius diffinitiuam esse(quod quidem approbo.) ❁ Tunc sententiam diffinitiuam & si in rem iudicatam transiuerit,eatenus per restitutionem in integrum rescindi posse constitutum est,quatenus mēdatio & caliditate aduersarii lata probetur.l.ii. C.si ex fals.Instru.hoc idem Diui Adriani Rescripto continetur.vt.l.Diuus.ff.de re.iudica. Verum in casu nostro reus in positionibus & alibi in iudicio pluries negauit se prædium petitum per actorem possidere, modo actor offert se velle aduer-
3 sarium de mendatio iustis probationibus conuincere ergo &c. ❁ Præsertim cum interrogatus in iudicio an Rem possideat, vel eius rei dominium habeat, Dominiū seu possessionem inficiatus & conuictus de mendatio eam Rem amittit & penes se retinere non pot.ſt.l.fi.ff.de.rei.vendica.l.non alienum.ff.de interoga.actioni. cum simil.Quare non immerito assentiendum videbatur eiuscemodi probationes debere recipi ne cuiq̄ caliditas propria & mendacium prodesse posset arg.l.de ætate § si cum esset. & §.qui interrogatus.ff.de interroga.actio.

Quibus veruntamen non obstantibus secundum ea, quæ proponuntur contrarium magis placet & de iure verius proculdubio Arbitror, quomagis veritas elucescere posset Tria summatim inquiramus, Primo vtrum reus interrogatus mendacium dixerit. Secundo an partes probationibus ante latam sententiam renuntiauerint. Vltimo sententia lata an interlocutoria vel diffinitiua credatur & ex ea quod & quale ius ortum fuerit.

Circa primū concludo nullū mendatiū ex parte ipsius rei cōuenti fuisse. ❁ Qui interro-
4 gatus an fundum possideret: Respondit illum non possidere, sed possidebat solum portiunculam vnam terræ iux.suos confines, & licet appareret eam esse, quam aduersarius petabat tunc iure Dominii & legitimo modo illā tenere ac possidere, quæ responsio fuit perfecta ac legitima omni carens vitio:Cum dixerit se possidere quādam portionem terræ, quamuis eandem esse negauerit,.quam aduersarius actor petebat, Quinimmo etiam si reticuisset se possidere.d.portionem terræ, sed simpliciter respondisset non possidere agrum petitum, & licet constare posset illam portionem terræ comprehendi in agro petito,tunc Dominii exceptionē obstare, optime & siue mendatio respondisset.l.siquidem.C.de excep.l.nō vtiq;.vbi Bar.& omnes.ff.de excep.Interrogatus ibi an sit debitor in centum potest respondere negando.& si contrarium apparere contingeret, pacti de non petendo exceptionem tunc obstare,Itaq; reum non incurrisse mēdatium omnino assentior q̄q̄ appareret eum agrum per actorem petitum possidere.

Circa secundum vtrum fuerit conclusum in causa,& sic partes renūtiauerint probationibus,breuiter dico q̄ sic: considero.n.quia actor coram iudice Auditis & cognitis responsionibus rei interogati institit & petiit se immitti in tenutā bonorum petitorum, asseuerans nihil intercesse aduersarii, qui Respondit se non possidere.d.possessionē, vti in actis habetur,quo casu etiam si expresse actor non dixerit probationibus se renuntiare,ex mente tamen eis renuntiasse manifeste apparet instando sentētiam ferri,non tantum enim proferentis verba sed & mens pariter consideratur.glo.not.in
5 .l.si in venditione.in fi.ff.communia.prędi.Bal.in.l.quamuis.C.de fideicō. ❁ Et

profecto

profecto si actor post responsiones aduersarii de hoc interrogatus fuisset, vtiq; respondisset se nolle quicq; amplius probare & probationibus renunciare, sed sententiam duntaxat de mittendo eum in possessionem desiderare, igitur pro expresso id habitum est. l. tale pactum § fi. vbi glo. & communiter omnes ff. de pac. cum simil. Si probationibus renuntiauit ad illas deinceps admitti non debet. d. c. cum dilectus. de fid. instru. l. admonendi cum materia ff. de iure. iur. Arg. l. homo liber. ff. de statu. homi.

Vtrum hæc sententia vim interlocutoriæ an diffinitiuę potius sapiat, aliqua summatim inquiremus Imprimis præmittam quæ diffinitiua, & quæ interlocutoria sententia dicatur, & an sententia de mittendo aliquem in possessionem diffinitiua né an
7 estimetur. * Porro non ex mente tantum sed etiam ex verbis prudentissimorum sententia diffinitiua est, quæ emanat super eo de quo principaliter agitur, interlocutoria autem est, quæ emanat seorsum a principali super incidenti vel emergenti. l. i. ff. de re. iudi. glo. cōmuniter recepta in § ad excludendas. ver. interlocutionibus &c. In auc. de litig. glo. no. ab. in. l. qui restituere § fina. ff. de rei. uendica. quam sequitur Bal. & ibidem scribentes oēs tradunt doctores in Rub. ff. de re. iudic. glo. in clemen. i. de seques. pos. & fruc. ver. diffinitiua &c. vbi etiam canonistæ omnes id tenuerūt.
8 * Secundo ꝙ sententia de mittendo in possessionem lata inter actorem & reum se deffendentem & omnes inuicem litigantes, sit diffinitiua, nec vnquam interlocutoria vere dici possit notat. glo. in. l. i. ver. in possessionem &c. ff. de iuris. omnium. iudi. quam Bal. Fulgo. Roma. Alex. Ias. & omnes ibi sequuntur.

His propositis cum sententia in casu nostro super eo tantum de quo principaliter agebatur lata sit, & de mittendo actorem in possessionem dicta fuerit, neq; super incidēti vel emergenti emanauerit, Reliquum est vt eam ipsam diffinitiuam iudicemus, Non obsta: ꝙ iudex pronuntiādo vel notarius in conscribendo huiusmodi verba sententiæ inseruerit. Qui dominus Iudex interloquendo declarauit &c. Quæ verba non id efficiunt vt ea sententia, quæ vim diffinitiuæ habet, interlocutoria putetur, nam quotiens quis verbotenus vnum dicit & aliud re ipsa agit, si verborum significatio non repugnat, quod vere agiť attendimus non aūt quod verbis exprimitur. l.
9 vbi ita donatur ff. de dona. ca. mor. & Bar. sic ibi declarat. * Sed ꝙ ista verba interloquendo declarauit &c. Non resistant quominus diffinitiuæ sit iudicatum. glo. est not. in Clemen. fina. ver. repulsione &c. insi. de appel. Bal. in. l. cum & minores. C. si aduer. rem iudi. Alex. in. l. i. nu xv. ver. nam talis sententia &c. ff. de iuris. om. iud. quibus in locis tradit quamuis diffinitiua aliquo respectu interlocutoria dici possit, attamen quia negotium principale perimit, vim ac potestatem diffinitiuæ habet. Cū itaq; post conclusionem in causa nullo interueniente mendatio & præsentibus partibus sententia diffinitiua dicta fuerit, eiq; partes ipsæ acquieuerint iux. tex. in auc. ho die. C. de appel. Ideo in rem iudicatam transiuerit; pro veritate accipienda est, neq; ab ea recedere licet, l. ing. nuum. ff. de sta. homi. l. i. l. res iudicatæ. C. de re. iudi. cum simil. Ex quibus placuit actorem nullo pacto ad probationes aliquas admitti debere.

Laus Deo omnipotenti semper.

Finis.

1 Donatio, quam pater filio in potestate eiusdem existenti facit regulariter non valet.
2 Donatio magna absq; insinuatione facta non alias iuramento præstito iuuabitur, q̄ si donans insinuationi renunciauerit.
3 Donatio quæ duabus, aut pluribus causis inefficax est iuramento solo non firmatur, nisi iurandum geminatum præstitum sit.
4 Donatio ex quibus simulata arguatur.
5 Donatio simulata non conualescit iureiurando adhibito.
6 Testator si rem, quam legauerat, extraneo donat, creditur reuocasse legatum, secus quando hæredi a quo legauit, donationem de re illa fecit De ratione diuersitatis ibidem videre est.
7 Testator rem sibi, & extraneo communem simpliciter cuidam legans portionem suam duntaxat non etiam extranei legasse videtur, secus quando communem cum hærede grauato habuit solida tum debetur.

Respon. VI.

Redemptoris nostri humiliter Implorato suffragio.



Gebatur in foro Ariminensi, an donatio, quam inter viuos Pater absq; insinuatione filiis fecerat, iure deffendi possit, & vnius ex filiis prædefuncti filia pro virili, eam capere, Quibusdam valere donationem, filiamq; ob id, recte agere placuit, licet nulla interuenerit insinuatio in ea donatione, quæ mille aureorum fuit, propter iusiurandum tamen adhibitum firmam atq; probabilem iudicarunt. auc. Sacramenta. vbi not. C. si aduer. vend. Soci. consil. lxvi. col. v. & vi. lib. primo. Curtius consil. lxvi. col. pen. & in consil. lxvii. per totum. Crotus in repetitione. l. nemo pot. ff. de leg. i. atq; ita ex communi opinione seruari videmus. Filia igitur, quæ Patri suo hæres successit, non inique pro virili, donationem hanc petere videtur, neq; prædictis aduersari potuit, q Pater donator ante factam donationē inuicem testamēto filios donatarios Rogauerat vt quicquid bonorum ipsius ad eos peruenisset superstitibus præmoriens fratribus restitueret; sicq; nouissime ex his moriens illius hæreditatem, & percōsequens bona postea donata habiturus est, toto. tit. ff. & C. ad treb. Quoniam & Ipsi respondent per donationem posttremam fideicōmisso anteriori satis derogatum intelligi, & pro ea parte, quæ donata est, fideicommissum Reuocatum censeri. l. rem legatam. ff. de adim. leg. § si rem suam legauerit vbi glo. inst. de leg. Quæ omnia nobis nō immerito somnia visa sunt, donatio nāq;
1 huiusmodi impedimento duplici laborat. ❀ Tum quia Pater existentibus filiis in potestate donauit, & regulariter nō valet. l. ii. C. de inoff. donat. l. i. § i. ff. pro empto. l. donationes quas parentes. C. de don. inter ui. et vxor. l. frater a fratre. vbi Bar. & Alii in. vi. q. ff. de condit. indeb. tum etiam sine insinuatione mille aureorum bona donata sunt, quapropter minime valuit. l. pen. C. de don. § & cum retro. inst. de do-
2 nat. ❀ Et quamuis iuramentum interuenerit nihilomagis in casu nostro iuuabit, cum Donans quando iurauit, insinuationis non factę meminisse debuit, q insinuatione non facta nec minus valere donationēm Iurans voluerit, alioquin iurantem simpliciter insinuationis non recordatum nihil validum egisse probamus. arg. l. si quis in prin. ff. de leg. iii. in propriis terminis consuluit Soci. consil. lxxx. col. fi. lib. i.
3 Com. consi. lxix. col. ii. & iii. ver. Aduertendum tamen lib. ii. ❀ Præterea iuramen

to prę̄stito

to præstito absq; insinuatione facta donatio testamenti iuuaretur, non Veruntamen hoc procedit, si donatio duplicem aut plures patiatur defectus, nisi iusiurandū æque gemina. um fuisset Deci. consil. ccxxxix. col. ii. ver. nec dicat. iii. quod summa ratione nititur ne specialia scilicet duo ab eodem fonte descendant. l. i. ibi not. C. de dot. promis. Sed hæc donatio & Communi iure improbatur, quia Pater filio non donat, & insinuatione caret. ergo &c.

4 ✱ Bona etiam, quæ instrumento donationis sunt Complexa, Donator Pater semper possedit, postq; eius mortem filii omnes non vti donata, sed vti hæreditaria possederunt. Icciro simulatam donationem, Soci. eam putat. cōsil. cclxiiii. col. i. ii. lib. ii. simulataq; præsertim in fraudem aliorum, isto casu videtur, quoniam nepotes masculi ex alio filio adsunt, qui ab intestato eum patruis æqualiter, præter bona solum filiis donata, non succederent, si ratione aliqua testamentum aui donatoris ruptum

5 irritumq; fieret vt per eundem Soci. ✱ Quare nec iuramento simulata donatio cōualescit Cin. in l. i. C. de sacrosanct. eccles. Ioannes Andr. in addit. specu. in Rub. de don. inter vir. & vxor. Bar. in l. eum quis decedens § Titia. ff. de legat. iii. & in l. Aurelius § fi. ff. de lib. leg. Abb. & alii in. c. cū cōtingat. de iureiur. Soci. in l. i. col. xxi. ver. ii. conclusio. ff. sol. matri.

Quinimmo etiam si admiserimus, citra tamen præiudicium veritatis, donationem legitime cum insinuatione factam, adhuc ipsa foret inefficax propter anterius fideicommissum, quod filiis Donator Pater testamento iniunxerat ad illud namq; restituendum filiorum quilibet præmoriens superstiti, aut superstitibus fratribus tenetur, quod supra diximus: & minime concedendum arbitramur per donationem mille aureorum subsequentem priori fideicommisso aliqua in parte detractum intelligi iuxta. l. rem legatam. ff. de adim. leg. Cum similibus Responderim ipse in diuerso ca

6 su huic locum fore, ✱ Quotiens scilicet post fideicommissum relictum testator quid ex bonis restituendis extraneo cuidam donat, hæredem. n. vt rem luat & præstet noluisse onerare testator creditur. l. vnum ex familia § Si rem. ff. de leg. ii. Enim uero secus quando hæredi donat, donatio tum inutilis est, neq; minus donata res in restitutione fideicommissi venit, quia prædicta ratio cessat. quod ibidem late doctores tradunt, & nos publice in § Si rem suam legauerit: instit. de legat. Anno præterito docuimus, & ratione non obscura doct. omnes id compro-

7 bant: ✱ Testator si rem & sibi & extraneo Communem legauerit debetur duntaxat ipsius portio non etiam extranei, aliter dicemus quando rem sibi institutoq; hæredi communem legat, tumq; prædicta ratio cessat, ne ab extraneo vt rem luat hæres, Legatarius totam ab hærede capiet Imol. in. c. filius. col. vii. versic. Sed quando &c. de testamen. Corne. consil. xcv. versic. & secundum hoc. &c. lib. i. Idem consil. cxcv. ver. deueniendo &c. lib. iii. Soci. in Reg. cccclxxv. Ex his omnibus placet filiam, quæ donatoris neptis est aduersus patruos inique admodum pro tali donatione experiri. Laus Deo omnipotenti.

Franciscus Zoannettus vtri. Iurisconsultus Bononiensis secundum prædicta Respondi Sigillo nostro apposito.

Finis.

1 Officia, quę eligētes necessario tribuūt, & electi subire coguntur illico facta electione sunt acqsita.
2 Officia ciuitatum, ad quæ ciues sorte vocantur, vocatis statim quæruntur.
3 Officium alteri quæsitum delicto alterius auferri non potest.
4 Statutum permittens repudiationem officii vtilis quonam pacto intelligatur.
5 Officium vtile ex sui natura minime repudiamus.
6 Euentus futurus non considetatur, quando proprietas & natura rei, ad euentū illū non tendit.
7 Quæ speciali iure eueniunt consideranda non sunt.
8 Electus ad officiū q̄uis aliquo casu subire non copellatur, ius tamen habet ne immutetur electio.
9 Consequenti prohibito antecedens quoq; per quod deuenitur ad illud vetitum, dicimus.
10 Quod initio non valuit q̄uis postea impedimentum cessct nihilo magis conualet.
11 Habilitas personæ actum, qui geritur, præcedere, non vero sequi debet.
12 Extractio officii, quam rursus extrahentes illico ex dispositione statuti propter defectum aliquē facere debent, ipso iure est nulla.

Respon. VII.

Redemptoris nostri humiliter Implorato suffragio.



Apud nos quæritur, quia Alexander imprimis Philippus postea fratres ad officia duo, quæ vtilitatis plurimum habent, Sorte vt in hac ciuitate moris est, Vocati fuerunt, atq; in locum Philippi, qui vacationem iure isto municipali habet, ne, officia huiusmodi duo in eadem familia eodem tempore esse inueniantur, Magnificus Comes Cæsar simili modo est sorte subrogatus, an infra biduū si Alexander ob facinus perpetratum officio suo priuetur, possit Philippus officiū, quod sibi sorte obuenerat retinere Magnificumq; Comitem Cæsarem ab eo depellere quasi statuti ratio tum minus vigeat.

Omnibus quidem vti & debeo & soleo penficulate cognitis Secundum ea, quæ proponuntur Respondi, Magnifi. Comitem Cæsarem officium, quod nullo iure Philip-
1 pus acquisiuit, Iuste obtinere, multaq; id ratione demonstro. ✠ Inquit Bar. in l. absenti. ff. de donat. quem Petrus de Anchara. sequitur in Clem. i. de iureiuran. Et Areti. in §. filiusfamilias. instit. quibus modis. ius patr. potest. solui. q̄ electio quædam officiorum nō solum ex parte eligentis, sed etiam ex parte electi necessaria est, eligere. n. quis cogitur, electusq; subire officium debet, sic plane illico facta electione ius absenti & ignoranti electo quæritur, sicut in tutore & defensore Ciuitatis Exemplum posuit. l. illud. & l. sequenti. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. vnde & ipse infert non posse alium loco electi eligi, & electum ab officio repelli. toto. tit. C. in quibus.
2 caus. habenti. tutor. ✠ Quæ omnia (sic ipse ait) vera sunt locumq; habent in Ciuitatū officiis, ad quæ plerisq; Ciuiū sorte vocantur, Sors igitur officii primitus Alexandro obueniens eidem statim ius in eo quęsiuit, Quamobrem consequens est, nullum ius Philippo fratri ad aliud officium postmodum vocato, refragāte statuto, competere, iccirco Magnifi. Comiti legitime vocato officium illud iam quæsitum arbitror per
3 superius dicta. ✠ Neq; tale officium euestigio Comiti acquisitū, facto siue delicto Alexandri à Magnifi. Comite auferri potuit. l. id quod nostrū est. ff. de reg. iur. c. nō debet. de reg. iur. lib. vi.

Relatis antea minime obstat si quispiam dixerit dicta. Bar. forsitan procedere de iure Communi

cõmuni, q necessitas vtrinq; eligendi scilicet ac subeundi promineat, nõ sic iure isto municipali, quod certo elapso tempore & vocato officium non postulante, vacatio
4 nẽ officii oino tribuit perinde si nominatim id repudiasset. * Nã ipse Respondeo abdicationẽ hanc ideo municipali iure concedi vt officiũ per extractionẽ illico q̃sitũ respui possit, nõ ad effectũ quominus electione facta ius statim ei q̃rat, Dicimus. n. iuri q̃sito, nõ spei futurę de q̃rendo renunciari posse.l.i.glo.& oẽs.C.de pac. probatur in simili filius in potestate Patris, qui suus heres dicitur abstinẽdi q̃uis bñficiũ habeat, ipso iure tñ hęres fit, atq; bona oĩa acquirit.l.si filius qui Patri.vbi ẽt Bar.ff.de vulg.et
5 pu. * Itẽ ex quo officia hęc prorsus vtilia sunt, de natura atq; proprietate eoꝝ nequa
6 q̃ est vt abdicent, ergo facultas renũciãdi in cõsideratione eẽ nõ debuit, * q̃doqdẽ futurus euentus non consideratur si rei proprietas ad euentũ illũ non tendat Bar. in.l. inter stipulantem §.sacrã.ff.de verb.obli.idẽ Bar.in.l.si idem cũ eodẽ § si vna actio. ff.de iurisd.oium.iud.per.l.cum hii § fin.ff.de transac.&.l.i.ff.de in lit.iur.&.l.eo tpe
7 ff.de pec. * Et ista facultas addicandi ẽt a statuto inducta est de iure speciali, merito considerari non debuit, Abb.in.c.super eo.ad fi.de cond.appo.Bar.in.d. § Sacram.

Et si concedamus ex parte eligentiũ dũtaxat non ẽt ex parte electi necessitatem impo ni vt ipsi eligere aut extrahere cogantur, extracti vero officium nõ cõpellantur sub
8 ire * Tunc licet per electionẽ non statim electo q̃ratur officiũ, ius ei verũtamen q̃rit vt talis electio imposterum nequeat immutari.c.publicato.de elect.c.si tibi absenti. de pręben.lib.vi.per Bar.in.d.l.abñti.de donat.Franc.Aretin.consil.cviii.incipien. elegãtissime & subtiliter, q̃rc Antiani q & iure statuti & vsu antiqssimo obseruato offi cia hmõi extrahere dñt, nõ variabũt, neq; Mag.Comitẽ officio suo priuare poterũt.

Ad sententiam quoq; nrãm facit, statutũ prohibet, ne officia hæc duo vtilia in eadem, vno tpe, familia sint, igitur electio seu extractio duoꝝ fratꝝ ad officia duo eodem tpe
9 vetita censet: * Prohibito.n.cõsequenti et id oẽ antecedẽs, quo peruenit ad illud phibitũ credit.l.Oro.ff.de spon.& in officiis tria inspicimus tpa, electionis videlicet cõfirmationis & exercitii, vnde siquid & cõfirmationem & exercitiũ impediat electio nẽ quoq; impedit Alberi.in tract.statutoꝝ.quar.parte q̃one.xci.Nellus.in tract.ban nitoꝝ.in.i.parte.tertii tpis, q̃one.xviii.Itaq; pater p electionem Alexandri primitus facti, Philippi deinde extractionem ipso iure inanem dici, neq; decętero amplius eõ
10 conualescer. * Ab initio.n.qd nullũ est ex post facto minime iuuat tametsi, tũc primeuũ impedimentũ non adsit Dinus late in.c.non firmat.de reg.iur.lib.vi.c.si tpe.de re
11 scrip.lib.vi.l.i.ff.de regu.caton.l.qd ab initio.ff.de reg.iur. * Itidem nouimus qa habilitas psonæ actũ qui geritur, pcedere non aũt subsequi debet.l.i § si filius.ff.de leg. ili.Bal.in.l.i.in.vii.oppo.C.q admitti.Sed anteq̃ Philippus extraheret inhabilis ad of ficiũ iã factus erat pp extractionem Alexandri fratris præambulam ideo eius extra ctio est nulla, neq; superueniens postea habilitas prodest.

Quod extractio istius ipso iure nulla fuerit optima rõne defendimus, seruari nãq; est soli tũ & statutũ iubet vocato frẽ ad primũ officiũ, dein si sit alius vocet ad aliud, incõtinẽ
12 ti extrahẽtes loco fris vocari aliũ Ciuẽ sorte extrahunt, * Quãobrẽ secũdi fratris elec tio ipso iure nõ tenet, alioqui Antianis de eodem officio extractionẽ rursus facere ius potestasq; non esset.l.apud aufidiũ.ff.de.op.leg.hẽt in.l.serui electiõe.ff.de leg.i.

M

in.l.si quis stipulatus sit,& in.l.eum qui Certarū § fi.ff.de verb.oblig.Romanus adnotat consil.cxcii.incipiente in casu propositæ cōsultationis &c. vbi simile quoddā addit,statuto dictante q̄ hēns vnū offm̄ ab altero postea delato officio habeat vacationem,delatio secundi officii ipso iure inutilis redditur &c. ex quibus & nos pbamus Comitem Cæsarem hmōi officio persungi debere,at ipsi Philippo neq; officium,neq; ius aliquod ad illud competere. Laus Deo omnipotenti.

Franciscus Zoannettus vtriusq; Iurisconsultus Bononiensis secundum prædicta Respondi sigillo nostro apposito.

Finis.

1 Emphyteuta,qui pactiones non obseruat ipso iure ab Emphyteusi cadit, & sat est Dominum in iudicio,vel extra dicere Emphyteutam iure suo se cecidisse velle.
2 Declarare animum suum ob temporis diuturnitatem nemo impeditur,quominus declaret.
3 Verba dissipare,dilapidare longe magis generalia sunt q̄ verbū alienare,& de illorū significatu.
4 Argumentum a genere ad speciem affirmatiue inualidum est.
5 Probatio generalis in contradictorio iudicio non valet.
6 Non probat id hoc esse,quod ab eo potest abesse.
7 Scire quid Notorium esse,& scire aliquid sic esse gestum dissimilia sunt.
8 Scire his proprie creditur,qui rem cum suis qualitatibus conditionibusue cognoscit.
9 Interficiens bannitum,si postea confiteatur se habuisse scientiam gratiæ indultæ bannito non propterea damnabitur.
10 Hæres delatam sibi hæreditatē,tunc scire dicitur,quando ex quo sit capite delata non ignorat.
11 Caducitas bonorum ad libellum datorum non habet locum si necessaria, conditionalis,aut inualida alienatio facta fuerit.
12 Peccans contra aliquem in personam in totum cadit in pœnam.
13 Emphiteuta cessans in totum,vel pro parte soluere pensionem ab omni iure cadit.
14 Verba sequentia omnes præcedentes casus æque determinant.
15 Statutum semper iuri cōi quid addere intelligitur,& quemadmodū hoc indistincte procedat.

Respon. VIII.

Redemptoris nostri humiliter Implorato suffragio.



IN partibus vmbriæ,cum forte ageremus Nobilissimus quidam Brixiæ ciuitatis nomine Aloysius consulebat an bona omnia, quæ fratri olim (vt dicitur)ad libellum concesserat ab hæredibus mortui fratris reuocare queat, vt pote illorum parte irrequisito domino contra pactitiam conuentionem per frēm dū viuebat alienata,Primore nanq; instrumenti cuiusdam mandati aspectu nonnullis placuit Dominum Aloysium iniuste,nunc queri atq; asseuerare fratrem defunctum ab Emphyteusi olim propter portionis alienationem cecidisse, & quia ab hinc retro viginti anni iam sunt exacti,q̄ Dominus Aloysius prodigalitatem incuriāq; fratris in rebus gerendis cognoscens procuratorem elegit,in hæc verba mandatum adscribens,cum sit q̄ Petrus eius frater à certis annis citra effectus fuerit & sit prodigus, & in negotiis suis negligens,ac nullam habens curam de conseruatione sui patrimonii,sed ferè omnia in sinistrum labi permittens,ita vt breui tempore totam eius facultatem sit consumpturus,rebus,sic procedentibus,pro vt iam pluribus annis fecisse et egisse constat,& notoriū est in ciuitate Brixię & maximę,cum dilapidauerit magnā partem nō solū bonorum peruentorum ipsi Petro in diuisione,sed etiā magnā ptē bonorum

eidem

eidem ad liuellum datoꝝ p ipsum dñm Aloysium,& in dies dilapidet ipsa bona,ideo
dictus dñs Aloy. constituit ꝓcuratorē ser Hannibalē ad faciendū ipsum Petrū ꝓnū/
ciari prodigū,remissum & negligētē in suis negociis,& ob dictā eius negligentiam &
incuriā oium bonoꝝ suoꝝ tam datoꝝ ad liuellum q̄ alioꝝ quorumcūq; bonoꝝ,
sibi tanq̄ prodigo & negligenti interdici faciēdum , ne in futurum possit cum aliqua
persona contrahere,vel distrahere , aut bona sua obligare, ex quo instr̄o cōpertum
satis videtur ab eo die semper dñm Aloysiū de alienatione portionis liuelli nō igna
rum fuisse, sed palam id cognouisse & sciuisse, quare & si potuerit tunc aduersus fra/
trē pro bonis oibus emphyteuticis agere ꝙ portionē eorundē irrequisito dño alie/
nasset,ideo stipulatio in totum cōmissa fuisset,nō Veruntñ hodie pp lapsum Vice
nii cōtra fratrē vel eius hæredes reclamare poterit ēt si absuisset.l.i.C.de vsucap. trās/
for.inst.de vsuc.in prin.neq; statutum Brixiense dum oēm tpis præscriptionem ex/
cludit cōtrarium est,eam.n.præscriptionē sub conditione excludit,si dñs scilicet alie/
nationem liuelli ab emphyteuta ignorauerit factam, a contrario igitur quando nō
ignorauit,vt in ꝓposito themate fertur,præscriptioni locus fit, eāq; statutum inclu/
dit.l.i.ff. de offi. eius,Præterea oia hæc licet heredibus non opitularent̄ solum tamē
pro parte alienata ab emphyteutico iure cecidisse videt̄,Si qdem nihil bonoꝝ alie/
natum fuisset in nihilo committeretur stipulatio cum vero portio duntaxat aliena/
ta sit in rebus non alienatis minime cecidisse videri potuit arg.l.quæ de tota.ff. de
rei.vendica.cum simil.&c.

Hæc ipse reor domino Aloysio minus contrariari,qn res oēs,quas fratri ad liuellū con/
cesserat iure vēdicet , Primū si admiserimus dñm Aloysiū p decē aut viginti annos
plene alienationē ꝑdictam sciuisse & tacuisse, nō ideo sibi ea res præiudiciū intulit,
1 Cecidit.n.ipso iure fr̄ ab emphyteusi alienādo partē inscio domino,neq; tū opor
tet actione aliqua vel reali vel ꝑsonali dominum cōtra alienantē experiri sed sufficit
simpliciter & extraiudicialiter declarare, ꝙ emphyteuta ob alienationem iure suo
2 priuatus sit.l.fi.in fi. & etiam glo.ver.cadat &c.C.de iure emphy. Iuri autem de/
clarandi & actioni post declarationem cōpetenti nullo tpe ēt mille annis ꝑscribitur
glosa est peregrina in.l.petēs in prin.C.de pac.ibiq; eam Bal.Sal.& Ias.col.iii.ver.ex
ista glosa &c. Ad idē pōderarūt sed D.Aloy.in pñti & declarare & agere vult ergo &c.

Possumus quoq; & illud tueri,ex instr̄o mandati sciam nullam hmōi alienationis in
D.Aloy.iustæ ꝓbari,neq̄q̄ ꝓfecto instr̄m illud de alienatione bonoꝝ meminit,sed de
3 eoꝝ dilapidatione tm̄ dissipationeq; fit mētio. Quę verba dilapidare,dissipareue p
q̄ generalia sunt,alienationē seu distractionem cōprehendūt cōtinent ēt casum, quo
quis neq; alienat,neq; distrahit,Sed res suas negligenter atq; derelictui hēt, vñ Archi/
diacon.in.c.qa res in litigio posita.xi.q.i.inqt ꝙ dilapidare qs etiam dr̄,si bona cōsu/
mit in suos vsus effuse nimis & ꝓdigaliter cōuertendo, sequit̄ Imo.in.c.fi. de seques.
posse.& fruct.& Bal.in.l.si fideiussor § fi ff.q satisd.coga. & notabiliter Dominicus
cēsuit in.c.qa sæpe de electio.lib.vi.eū & dissipare & dilapidare bona posse intelligi
q illa cōuertit ad aliū vsum q̄ sint destinata,optime facit.l.si ꝓ ea.C.mād.&.l.i.i pr.ff.
de leg.tutor.quapp haud ꝓba illatio eēt si diceremꝰ illo istr̄o oino ꝓbari.D.Aloysiū
sciuisse alienationē aliquā i bonis emphyteuticis ab fr̄e suo emphyteuta fuisse factā,

4 ❧ Ita planè argumentatio fieret de genere ad speciē affirmatiue, quam Lex tenaciter
vetuit, non quidem sequitur cognatus est mihi ille ergo & agnatus quoq; vel furtū
commisit, necessario & rapinam fecit §.i. cum gl. in stit. de leg. agn. tute. & institu. de
5 leg. agnat. succes. primo respon. ❧ Propterea dicimus probationem generalem in
contradictorio iudicio. Nulla ratione iuuari, quoniam in specie necessario non con-
6 cludit. c. in præsentia de probatio. cum similibus. ❧ Nec probat id hoc esse, quod
ab eo potuit abesse. l. non hoc. C. vnde legi. l. neq; natales. C. de probat. accidere
namq; potest ꝙ intellexerit Dominus Aloysius fratrem dilapidasse & dissipasse ne-
gligendo bona sua, non cognouerit tamen prædicta in alium transferendo alie-
nasse vti proxime adducta mon ent.

Vel si præterea instrumento nedum verba illa, dissipasse, dilapidasseq;, sed etiam alie-
nasse conscriptum fingamus, non ideo dixerim id sciuisse Dominum Aloysium ve-
re & proprie vti scire debuit quoniam scire potuit illud in Ciuitate sic dici, atq; no-
torium esse, prout in verbis eiusdem instrumenti apparet, non tamen infertur ergo
7 ipse scit proprie ꝙ alienauit. ❧ Dissimilia hæc inter se propemodum visa sunt vt sci-
uerim notorium id esse, aut sciuerim illud sic esse factum, quã in re sermonis genera-
litas argumentationem illationēue de vno ad aliud impedit Specul. in tit. de not. in
8 . §. fi. ver. & nota. ꝙ hæc argumentatio &c. ❧ Vbi scientia alicuius rei desiderat̃ sim-
pliciter scire non sat est, Sed rem cum suis qualitatibus peractam esse scire oportet,
neq; sententiam aduersus te latam scire sufficit, ni grauamen per eam illatum tibi ad
vnguem cognoscas glo. in c. concertationi in ver. Sciuit de app. lib. vi. Filin. in. c. ad
consultationis col. fi. ver. duodecima conclusio de re. iud. Roma. consil. cxliii. incip.
ex proposito thematæ. in fi. Alex. sequitur consil. cxiiii. incip. ponderatis his, quæ nar-
9 rantur in themate lib. i. ❧ Dicens ꝙ si bannitum interficiat quis demum confiteatur
se habuisse scientiam gratiæ bannito factæ non ei tamen confessio hęc obest, Quan-
doquidem ex ea non inferatur ꝙ ipsi constet an qualitates, conditiones, modos, pri-
uilegii & gratię sciuerit, & an valida vel surreptitia, aut ad tempus & cū modificatio-
ne indulta gratia sit, & iurisdictionem sibi iudex competere, & arbitrium sibi datū ar-
biter non proprie scire dicitur, quando eius cōditiones, qualitates, ac modos, oēs seu
quid illorum sciuisse non probatur glo. not. in clem. i. de procurato. Clem. causam
de lectio. ita Franc. Areti. R̃ndit consil. lxviii. incip. Excellens dñs Collateralis col. i.
10 ibiq; de hærede exemplum sumens. ❧ Ait tunc demum hæredem scire hęreditatē
sibi delatam, cum non ignorat ex quo sit capite delata & non aliter. l. si is. qui. l. hæres
institutus circa medium. ff. de acqui. hęred. & vere is dicit̃ scire cui res. Cū suis oibus
qualitatibus demostrat̃. l. de pupillo. § qnunciat. ff. de oper. noui. nuncia. Ideoq; si in
instr̃o mãdati ēt adscriptum fuisset dñm Aloysium scire ꝙ eius frater emphyteutica
bona alienasset non propterea consequens est vt illud cum suis qualitatibus, cōditio
nibus, & modis sciuerit & an valida vel inanis, aut voluntaria, vel necessitate imminē
te facta, non potest dici ita eum alienationem prædictam sciuisse, ꝙ ei aliquo pacto
scientia hmōi noceat, vti nos nuperrime deduximus, Præsertim in casu nostro hæc
11 locum hñt, ❧ Quia liuelli caducitas non secus fit q̃ si valida, pura, voluntaria, atq; ef-
ficax alienatio bonorum fuerit, sinautem necessaria, conditionalis, aut inualida sit
celebrata,

caducitati non est locus Ias. late in.l.ii.col.xxxv.vers. quinto quæro.& col.pen.ver.
vigesimosecundo,quæro.C.de iure.emph.

Non obstant vt videatur solum pro ea parte quam alienauit,à liuello cecidisse non
autem in totũ &c.quinimmo per alienationem partis bonoꝝ ab omni iure cecidit,
vendendo enim sine licentia domini personam eius contemnit,& in personam pec
cans in totum incidit in pœnam.l.quidam in iure § donationem.ff.de donat.& ibi
declarat Bar.Ias.in.l iii.col.xli.xlii.vers. xiii. quæro.C.de iure emphy. nobisq; illud
13 argumento est. ✠ Emphyteuta cessans in solutione canonis,quamuis pro parte ni-
hilominus ab Emphyteusi tota cadit Imol.& plerique alii i.c.potuit de locatio.Ias.post
alios in.l.ii.col.xvii.vers. xvi. Quæro.C.de iure Emphy.multo magis ergo distra-
hent partem bonoꝝ,cum maior in committendo q̃ in omittendo culpa æstimetur,
tum quia hoc casu persona domini offenditur,quod non est in alio casu , & in obli-
gatione facti etiam diuidui si pro parte non fiat in totum penalis cõmittitur stipula
tio.l.iiii §.Cato.ff.de verb.oblig.Hocq; Brixiensi statuto compertum est satis, pro-
spexit enim ne liuellarius in quenq̃ transferat, vel alienet in totum , vel pro parte ad
liuellum rem datam inrequisito domino, ꝙ si aduersum id fecerit ipsa res perueniat
in dominum, Animaduerto quidem ꝙ verbum illud Statuti ipsa res &c.de tota re
intelligi debet.l.si rem.& Bar.ii.oppo.ff.de rei.vendi.Bar.in.l.Pomponius.§.Sed &
14 is. ad fi.ff.de procurat.& verba ipsa res perueniat ad dominum &c. ✠ Ambos præ-
cedentes casus æque determinant,quando scilicet tota res,& quando pars eius alie-
nata est,in casibus igitur quibus tota distrahitur,ad dominum tota pertinet idem er-
go iuris & quando pars dũtaxat alienatur vt casus vtrosq; verba illa pariformiter de-
terminent.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.l.legatarius §.fi.ff. de leg.iii. & ibidem
quoq; Bar.censuit quod ipse comprobo,vt dicamus iure communi id esse cautum,
ꝙ alienatione partis solida res ad dominum reuertatur,tunc Dñs Aloysius quod pe
15 tit habere debet,vel iure cõmuni si diceremus non id probari. ✠ Tunc superueniens
postea statutum iuri cõmuni semper quid addere intelligitur , vt rem totam parte
etiam alienata,Dominus reperat maxime quando aliter intelligendo verborum im-
propriatio sequeretur not.in.l.ii.C.de noxal.Abb.in.c.causam quę.circa fi.de rescrip.
& in.c.causam col.iii.de dolo.& contum.& ego diffuse alias docui instit. ad.l. fal. in
princ.Sed hoc verbum res & secundum eiusdem verbi significatum totam & soli-
dam rem significat Bar.in.l.omnes populi.in.iii.q.sextæ quæstionis principalis.ff. de
inst.& iur.& per doctores in.l.ii.§.appellata.ff.si cer.pet.vnde in statuto eodem non
recte verborum impropriatio congrueret per superius dicta.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Dos,quæ patri olim pro nutu fuit numerata,priusq̃ fratres diuidant de communi præcipitur.
2 Frater dum in communione agit vxoris suæ dotem recipiens quando ante diuisionẽ præcipiat.
3 Paria sunt quid non esse,vel non apparere.
4 Frater degens in communione omnium bonorum saltem tacita cum fratribus suis prædiumq;
suo nomine tantum emat illud omnino cõferre tenetur,& quonam id pacto procedat nu.16.
5 Accipiens pecuniam mutuo,postea rem sibi emat,eadem pecunia comprasse creditur.
6 Quod ab aliquo fit,sumptibus facientis factum id fuisse in dubio arbitramur.

7 Mulier, qui rem comparauit, emptionem pecunia mariti fecisse præsumitur, & quando huic præsumptioni non sit locus.

8 Frater, qui stat in communione cum suis fratribus, si cuiuscunq; artificii exercitor sit bonaq; acquirat, ex artificio illo quæsiisse dicetur.

9 Filius bona Patris administrans quando pecuniam, quam habet, vel ex re Patris, vel ex industria sui credatur habere.

10 Fratres damna emolumentaq; omnia inuicem conferre soliti, receptas postea ab vxoribus dotes sic quoq; in dubio contulisse putantur.

11 Probatio plena illa dicitur quæ per coniecturas, atq; indicia fit in his, quæ domi secrete, vel aliter clam aguntur.

12 Furtum per coniecturas probatur.

13 Fama, sola probationem plenam inducit, in his, quæ temporis longitudine vix sciri possunt.

14 Contractus vsurarius esse coniecturis, atq; præsumptionibus detegitur.

15 Pater pro filio, & econtra filius pro patre ratione difficilis probationis testimonium prohibet.

16 Frater in communione omnium bonorum cum fratribus manens, si fundum emat nulloq; indicio, vel coniectura, vnde precium habuerit appareat, communi pecunia comparasse creditur.

Respon. IX.

Redemptoris nostri humiliter inuocato suffragio.

DVO fratres, q bonorum omnium in Cōmunione hactenus fuerunt, quæ
fuerunt an eorum alter natu maior, administratorq; bonorum vxoris suæ
dotem ex communibus bonis ante diuisionem præcipere possit assueue
rationiq; eiusdem standum an sit profitentis eam dotem pro vtilitate
communi sua & fratris errogasse &c. Quod nulla sit ex his bonis pcipienda dos pluri
1 ma ratione probabile videtur, ● Scimus etenim si pro filio Pater dotē accipiat diui
sionis postmodum tempore dotem antea oportere deduci. l. si filia. in prin. & in § i.
2 & in § iii ff. famil. hęrciscun. ● Sinautē Frater in cōmunione agens vxoris suæ dotē
recipit, ita demum ex bonis communibus eam detrahit, si in communi usu consum
ptam dotem constet Specul. in §. sequitur videre de communibus ver. qd si cōmu
nione manente &c. in tit. de iudiciis Bal. in trac. de duo. frat. col. ii. Sed neq; constat,
3 neq; probatur in cōmune fratrem hunc dotem contulisse ergo &c. ● Sunt hæc qui
dem paria, quid non esse, vel nō apparere. l. in lege la. ii. & Bar. Bal. not. ff. de cōtrah.
emp. & quanquam dici soleat q frater non socius emens pro se & fratre præsumitur
de pecunia propria emisse. l. cum proponas. C. pro socio, & ibi Bar. & Bal. notant,
tamen quando frater socius emit præsumitur emere de pecunia communi nisi pro
se tantū emat. l. patruus. C. cōmunia vtri. iud. Enimuero fratres prædicti socii oīum
bonorum erant, communicabant enim lucra quæcunq; & redditus omnes, neq; fra
ter maior post receptam dotem iugera centum terræ suo nomine tantum, sed fra
tris quoq; nomine comparauit, ideo præsumam potius cōmuni pecunia non etiam
4 dotali prædiorum emptionē fecisse: ● Ideq; decidere Alexāder videtur consi. cxxxiiii.
circa ea de quibus in superiori themate in princ. lib. v. vbi inquit, quando fratres sunt
in cōmunione saltem tacita oīum bonorum, tunc prædium emptum intelligitur es
se commune omnium fratrum si fuit communi nomine emptum, & si cōmuni no
mine emptum non fuisset Cōmunicandum tamen esset per. l. si societatem vniuer

fatum.cum duabus.ll.seq.ff.pro socio.iuncta.l.iiii.co.tit.l.si patruus. cum not.ibidē per glo.Bar.& Bal.C.cōmunia vtri.iud. Bar.in.l. titium & meuium §.altero.ff. de adm.tuto.&.l.cum duobus § Papinianus.ff.pro socio.facit quod notat. Bal. in trac. de duo.fratribus.col.iii.ver. item dicit q̧ si fratres &c. vbi ait si fratres stant simul & alter eorum quid emat nesciturq; vnde prętium profectum scit,prǽsumit de communi venisse.

His, quæ minimæ refragantur,postpositis contrarium proculdubio placuit,tradit Bar.
5 in.l.si filius § si autem milles.C.ad maced. ● Pater si mutuo pecuniam accipiat postea rem aliquam sibi vel filiis emat,pecunia eadem rem illam emisse credit̃ idem in scolare vt acceptam mutuo peccuniam impendisse eā studii causa ęstimat̃ arg.l.fi.in prin.C.de pignor.& Bal.dicit.in.l.ii.C.pro socio.frater emens pro se ac fratribus prædiū in dubio prǽsumit̃ pecunia sua & non aliorum comparasse per.l.si ventri § fi.ff.de
6 priuil.credi.sequitur Cepol.caut. cxxviii. incip.si vnus ex fratribus &c. ● Et in ambiguis cum quid ab aliquo factum est impensa facientis id ita factum probamus Bal. in.l.fi §. in computatione col.i.C.de iur.delib.cum ergo frater maior dotē suę vxoris acceperit,post deniq; promercalia prædia sibi ac fratri emerit, dotali pecunia emptionem huiusmodi fecisse arbitror.Alex.quoq; in. d. consil. cxxxiiii. supra allegato vers.Sed si prædium fuit emptum &c.inquit quando sunt plures fratres non habentes societatem omnium bonorū tacite nec expresse,quia damna & lucra vndecūq; obuenientia, non conferebant inuicem, tunc si prędium fuit emptum non per oēs, sed per vnum ex eis nomine omnium,huiusmodi prędium erit commune omnium fratrum habentium ratum talem contractum, ille tamen qui vult consequi partem suam prædi tenetur ratam prætii soluere fratri emptori,q prætium ipse soluisset, nisi in instrumento diceretur prætium solutum fuisse de communi pecunia, allegatq; not.in.l.cum proponas.C.pro socio.& subdit q̧ onus probandi fratres fuisse in societe omnium bonorum seu q̧ omnia vndecunq; obuenientia promiscue conferent incumbit ei qui hoc allegat ad sui fauorem per.l.ei qui.ff.de probat.l.a titio.C. de probat.c.bonę.el.i.de elect.Cæterum in casu nostro vel frater minor natu non probat societatem omnium bonorum contra fratrem suum maiorem, & proculdubio frater maior ex pecunia propria siue dotali emptiones has fecisse prǽsumit̃ ideoq; frater minor comparationem prædiorum approbans ratamq; habens prætii quoq; partem refundere fratri cogitur,vt in.d.consil.Alexandri.vt probatur inter eos omniū bonorum societas fuisse, neq; tunc isto casu alliud est dicendum, vt credamus scilicet dotali pecunia non vero communi fratrem hunc prædia emisse,per dottrinam
7 Bar.& aliorum quos proxime rettulimus. ● Nec illud inelleganter addici potest. q̧ Mulier emens rem prætiumq; eiusdem persoluens,mariti pecunia videtur emptio facta.l.quintus.ff. de don.inter vir.& vxor.hoc tamen fallit si consanguineus quispiā mulieri pecuniam dedit,postea emptio fit,nō mariti pecunia tunc, sed pecunia,quā dedisse consanguineum constat,emisse mulier dicitur. Cepol.caut.cxxxxviii.incip. nota auream &c.Bar.in.l.cum oportet in prin.C.de bon.que li.ibiq;.Bal.in vers. in super quęro quid in vxore &c. Prǽsumptionem hanc mulieris extendit,quādo publicæ negotiationē aliquam mulier exercet,vt simili modo propter negotiationem

præsumatur sine pecunia mariti mulier comparasse, & Alex. cōsil. xl. incip. prospectis &c. col. pen. lib. iii. si igitur primā præsumptionem de pecunia mariti id solum elidit quia publice mulier negociatur, quanto magis in præsenti quæstione hoc verū erit vbi apertissime cernimus per documenta publica fratrem maiorem in pecunia
8 numerata dotis quantitatē antea recepisse &c. * Propterea vnus ex fratribus dum in Communione omnes permanent vel opifex vel cuiuslibet artificii exercitor bona multa acquirens ex illo artificio operaq; ipsius ea omnia quæsiuisse præsumitur. Petrus de Vbal. in Trac. de duo. fratribus in. v. parte ver. iii. quarto &c. Itaq; à fortiori plusq̄ manifestum est, eum habuisse aliunde pecuniam q̄ de communibus bonis
9 veluti ex dote cum pecunia illa emisse prædia dicam * Aliud quoq; ad sententiam nostram argumentum est, filius bona patris administrans, pecuniam multam eo tēpore acquirens, non omnino creditur de bonis patris illam habere, sed industria & artificio eius, itemq; patris facultatibus pensatis aut ex re paterna, aut ex administrātis filii solertia profectam pecuniam iudicabimus glo. in. d. l. cum oportet, & Bal. ver. sed statim quæritur. C. de bon. quæ liber. Petrus de Vbal. in. d. Trac. de duo. fratri. in. v. parte. q. i. vers. aut dubitat̄ ex qua pecunia &c. sed diligenter si bona communia istorum fratrum scrutabimur non tales redditus sunt vt annuis cibariis & vestiariis alimentis pro familia deductis, tantum supersit, quo etiam vilius mercari quēq̄ is potuisset, merito dotali pecunia tantum celebraram emptionem opinor, videmus etiam hæredem grauatum subiectas fideicommisso res distrahentem, aliasq; deinde ementē ex pretio primarum rerum; quas vendidit, alias postea res emisse censeri. l. Imperator § fi. & Bat. in fi. ff. de leg. ii. & l. fi. C. de pignor.
10 * Quia isti fratres, si cōcedamus omnia inuicē ante receptam dotem cōmunicasse, solent emolumenta atq; onera simul conferre, & hanc quoq; dotem propter illorū solitam & damni & emolumenti collationem pro vtilitate communiue vsu errogatam fatendum est. Bal. in consil. suo incip. proponitur q duo erant fratres &c. quē refert ac sequitur Petrus de Vbal. in. d. Tract. de duobus fratribus. in. ii. q. nonæ partis principalis, vbi notabiliter inquit Pone q duo erant fratres indiuisum patrimoniū paternamq; omnem substantiam possidentes, contigit q minor natu accepit vxorem seq; ad dotis restitutionē obligauit nec potest aliter apparere qd fuerit factum de dote nisi per coniecturas et consuetudinem dictorum fratrū, quæ erat q omnia inuicem communicabant, quid erit dicendum, concludit post Baldū in præalleg. consil. q ex eo q isti fratres erant soliti omnia inuicem communicare, præsumitur q etiam hāc dotem cōmunicauerint arg. l. procula. ff. de minor. adducūt ipsi in argumentum. l. vel vniuersorum. ff. de pignor. actio. l. cum de lanionis § molendinariam. ff. de fundo. instruc. l. prædiis § balneas & § titio & § qui domū ff. de leg. iii.
11 * Sic plane dicimus in ambiguis & quæ secrete fiūt, & quæ non facile probari cōsueuerunt sufficit per coniecturas probatio, quæ pro plena probatione habet̄. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt, sui vel alie. iur. l. vicinus. C. de nup. l. cōsensu § seruis. C. de repud. c. veniens el. ii. in fi. de testibus. c. Michael de fil. presbyt. not. Barto. in l. in illa. ff. de verb. oblig. per. l. non omnes § a Barbaris. ff. de re. mili. Bal. in. l. quicunq;. C. de ser. fugit. in pen. col. Alex. cons. lxiiii. incip. Viso themate & dubiis &c. lib. i.

lib. i. idem Alexan. consi. xxiii. incip. animaduersis. col. iii. lib. ii. & idem consil. lxix. incip. visa facti narratione &c. lib. ii. col. i. idem consil. lxvi. incip. viso testamento Si-
12 monis in fi. lib. iii. facit. c. afferte mihi gladium. de præsumptio. ✱ Ideo in fortuitis casibus clandestinis, veluti furto per coniecturas probatio dicitur manifesta. Bar. in
13 l. si quis ex argentariis § prætor. ff. de edēdo. ✱ Hinc est q in his, quę lõgitudine tēporis vix sciri possunt plenam probationem sola fama inducit, Imol. in. c. veniens de verb. signifi. Bal. in. l. cum super. C. de rei vend. in auct. quas actiones. col. fi. C. de sacro. sanc. Eccles. canoni. omnes in. c. veniens el primo de testi. late per Ias. in. l. ad monendi. ff. de iur. iuran. & simulatio contractus per indicia & coniecturas conuincitur, Paul. Castrensis consil. lxxxii. incip. uisis his, q̃ superius &c. & consil. cccxxvi. incip. in causa mota. lib. primo, ratio est quoniam difficulter eam detegimus. l. dolū.
14 C. de dolo. ✱ Et vsurarius probatur contractus ex coniecturis & argumentis. c. cū in diocesi versi. si in argumentis &c. de vsur. not. Io. Andr. in. c. ex literis. de iur. iuran. Petrus de Anchar. & Imol. in. c. ad nostram de emp. & vend. Bal. in Rubr.
15 de off. iud. col. vi. ✱ Propterea dicimus ratione difficilis probationis filios pro parentibus testificari posse & è contra. l. quotiens. & Bar. C. de naufra. lib. vi. Iccirco aut frater minor probat societatem omnium bonorum inter eos fuisse & damna & cōmoda semper inuicem contulisse, tum dotem quoq; istam ex illa consuetudine cōferendi & ob pleraq; alia proxime adducta in commune fuisse collatam dicendum est, aut minime probatur societas, eo casu prædiorum Emptio post numeratam dotem facta, in tali emptione collatam fuisse dotem significat per prædicta.

Non obsunt quædam in primis obiecta, diuerso enim prorsus casu & absq; rationibus, quas in proposito themate versari animaduertimus, illa ipsa procedunt, satisq;
16 compertum sit Consilium Alexan. cxxxiii. in princ. minime huic obesse, frater ibidem, qui comparauerat vnde habuisse precium neq; instrumento publico neq; presumptione, vel coniectura aliqua poterat apparere, nimirum si communi pecunia rem fuisse emptam Alexander respondit.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Mixtum in simplicibus regulariter non continetur, præsertim quando fieret alicui præiudiciū.
2 Casus mixtus sub simplici in statutis non comprehenditur, quia stricta sit in eis interpretatio. Et quatenus id procedat nu. 11.
3 Statutum loquens de fœmina non habet locum in hermafrodito.
4 Mixtum in contractibus sub simplici non venit.
5 Statutum ex identitatis ratione, neq; contra ius commune, neq; ad casum iure communi decisum trahitur. Et nu. 13.
6 Agnatio per masculos non sic per fœminas perpetuatur.
7 Statutum etiam exorbitans & correctorium ex ratione finali, vel in statuto expressa, vel quæ pro expressa habetur ad casum, qui lata saltem significatione statuto inest extendi potest.
8 In statutis an rationem, an verba potius spectemus.
9 Statuta quibus conseruantur agnationes fauorabilia sunt.
10 Masculi in successione fœminis antestabant secundum legem Moysis.
11 Mixtum simplicibus inest in statutis fauorabilibus.
12 Monachi appellatione quando Abbas veniat.

13 Mixtum comprehenditur in dispositione faciente mentionem de vnoquoq; simplici separatim.
14 Statuta,quæ non prorsus corrigunt,sed tantum limitant ratione identitatis extenduntur.
15 Statuta correctoria extensionẽ catenus patiuntur,quatenus per illã ad ius cõe primeuũ redeunt.
16 Quod in lege vel statuto expressum non est verisimiliter tamen sancientes si de eo interrogati fuissent id probassent,pro cauto habetur.

Respon. X.

Redemptoris nostri humiliter inuocato suffragio.



Onstitutiones binæ municipales in vrbe Bononia sub Rub.de succes.ab int. assend.& collat.ad hanc fermè sententiam sunt conscriptæ,si cuiuspiam ab intestato defuncti mater,itemq; patruus supersint, & proprietas bonorum patruo,& vsusfructus omnis matri detur: Alio dein capite, cum intestati mortui fratris,& sorores & patrui adsunt,ad hæreditatem defuncti sorores & patrui pariter mittantur &c. Ex his altercationem sanè maximam inter matrem,patruum , & sorores, domini Hannibalis defuncti oriri cognouimus, Aduersus patruum mater & sorores reclamant,quia præsens casus neutra municipali constitutione videtur comprehẽsus,vnũquodq; illius statuti caput in diuerso loquit᷑ casu,qñ scilicet patruus & mater, Alio casu qñ patruus & soror concurrunt,& Mixtam hanc quæstionem non complectitur,merito iure cõmuni decidi debet,vt excludatur patruus & cũ sororibus duntaxat hæres mater fiat §. sed cum antea instituti ad Tertul.

1 Pro quibus primum nõnulla referram. ✱ Mixtũ regulariter in simplicibus contineri nõ intelligitur,nisi ex causa contrarietatis vitandę,aut benigna interpretatione hoc fiat,vel statuto sic caueat᷑ expresse Bar.in.l.ii.in prin.ff.de ver.obli.inferrens ad q̃stionem,de qua ibi,est tex.in.l.vim passam. §.præscriptione.ff.de adul.l.si ita.ff.de lib.& posth.l.hoc legatum.ff.de leg.iii.pręsertim cum sit alicui præiudiciũ casus mixtus ad simplicem non trahit᷑. Abb.Fel.in.c.at si clerici §.de adulteriis.de iudiciis. Sed casus hic mixtus matri sororibusq; præiudicialis est,si inesse simplicibus mixtũ profiteremur,cum alioqui iure communi ipsæ simul exclusis patruis admitterẽtur ergo &c.

2 ✱ In staturis prætcrea casus mixtus in simplici sub intelligi nõ debet Alex.cõsil.cxvi.col.iiii. & cõsil.xcvi.col.fi.lib.ii. & in cõsil. lxxxii. col.v.lib.iii.& cõsi.xxix.in fi.lib.iiii. Bartholom.Veronen.consi.xix.col.ii.in princ.ratio est qm̃ sunt stricti iuris statuta, ideo stricta fiet interpretatio.l.constitutionibus.ff.ad municip.l.qe q̃d astringendæ.ff.de ver.obli.& in quibus interpręratio stricta fit mixtũ cum simplici nihil cõmune habet Ale.consil.cxl.lib.v.per tex.in.d.l. si ita.cũ ibi notatis.ff.de lib.& posth.&.d.l. vim passam. ponderarunt Nonnulli ad hoc.l.quid ergo § si alterius.ff. de his. qui. not.in fam.videtur innuere lex q casus mixtus comprehendatur sub simplicibus ex

3 interpręratione & sententia,quæ in statutis locum nõ habent. ✱ Quare Bal.in.l. oẽs populi.col.xii.ff. de iust.& iur.inquit,Statutũ iubens,in contractu mulieris solemnitatem quandam adhiberi,nõ extenditur ad personam mixtam hoc est hermafroditum,sequitur Petrus de Anchar.in repeti.c.Canonum statuta. ver. venio ad primũ membrum &c.de constitut.Idemq; Bal.censuit in.l.hac consultissima.col.iiii.C.qui tes.face. poss. si disponat statutum q secrete volens testari sua manu testamentum

describat,illud in sacrestia fratrum minorum coram septem testibus deponat, tale statutum in casu mixto non seruabitur,idest in donatione causa mortis &c. Facit do ctrina Barto.in.l.cum Auus.in vlti. quæstione.ff.de cond.& demõst.Finge, testator hæredem institutum rogauit si absq; filiis masculis superstitibus vero fœminis vita decesserit,hæreditatem Gaio restituere,si vero masculos tantum superstites habue rit centum eidem dare,mortuo hærede cum filiis maribus fœminisq; simul relictis, conditio illa fideicõmissi,vtpote in casu mixto non comprehensa, defecta euanuit atq; nihil debet,& per Soci.late.in.d.l.cum Auus.col.xlv.Ias.in.l.ii.in fi.princ.ff de verb.obli.Idcirco non absimile videt isto casu,quia Statutum loquens de matre & patruo simul,itẽ de patruo & sorore tñ,ad hũc casum mixtũ vbi sorores mater & pa truus insimul concurrunt pertinere minime videtur.

4 Quærunt doctores in.l.si extraneus. ff.de condi.ob causam. vendidi æquam prægnantem,& cũ emptore pepigi si pullũ masculũ pariat mei venditoris sit,si vero na scatur fœmina ad emptorem spectet,vtrunq; marem & fœminã peperit æqua, an emptoris fœmina & mei vendentis masculus dicatur,& cum is minime casus pactio ne ista contineat ambo hii fœtus emptoris erunt,venditorisq; ius in vendicãdo ma sculo nullum erit. Fulgo. Alex.& Ias. post Iacobũ de Rauen.in.d.l.si extraneus, cõ tra Bartolum sic probatum,ne mixtus contingens casus simplici pacto videatur in

5 esse. Neq; huiusmodi statutum per consequentias extendi poterit. Quanq̃ statu ta in consequentiam sæpe trahi soleant,non hoc tñ fit si casus ad quem trahuntur fore cõi sit decisus Bal. in .l.si quis seruo col.ii.ver.ex hoc nota &c.C.de furtis.Simi li modo extensioni non est locus contra ius cõe.Bal.in.l.illam.C.de collat.Barto.in .l.omnes populi in.iiii.q.sextæ.qõnis principalis.ff.de iust.& iur.idem Bar. in.l. non dubiũ.C.de legi.sed iste casus & iure communi comprehenditur,& si Statutum ad casum istum extenderemus contra ius commune fieret extensio.'d § sed cum antea institu.ad Tertul. ergo &c.

Enimuero ipse aut parũ,aut nihil prædictis moueor,Arbitror nãq; patruum ex Statu ti dispositione cum sororibus pariter succedere & hæreditatis vsumfructum, ma trem habituram. Quo præclarius dubium hoc elucidemus, præmonitis quibus dam incipiam,Statutum non excludens patruos propter matrem, vel propter so rores sed illos admittens ea ratione inductum omnes addicunt,vt Agnatio & fami

6 lia defuncti conseruetur. Melius enim per masculos quàm per fœminas, quæ nu bendo in domum alienam transeunt Agnationes perpetuari videmus Bal. in.l maximum vitium. col. ii. C. de lib. præteri. Ioan. Andr. in dispur. Iacobi de. Aren. Quam ipse refert in addi. ad specul,in Rub. de succes. ab intes. Socin. in quoddã suo consil.incipi.cum in præsentiarum &c. col. v. quod consiliũ reperii.in ter consilia Domini Francisci Curtii sub nu.xl.Cin. in.l.i.C. de adul. & hanc ratio nem conseruandæ agnationis non solum ipsa natura suadet, sed lex quoq; illam expressim considerat. l. i. § penul. ff. de vent. inspi. l. super statu. C. de quæ

7 stio. Adeo id pro vero est habitum, vt hæc sola ratio finalis perinde atq; si expressa fuisset in statuto esse censeatur, & ex ea ratione potest statutum,

exorbitans & correctorium extendi saltem ad casum, qui lata significatione in Statuto comprehenditur. Bal. in. l. quotiens. la prima. C. de fideicom. Paul. Castrensis. consil. cccxxxvi. incip. præsens casus &c. Franciscus Curtius consil. lxxx. incip. recte præfactus egregius doctor &c. Raphael & Paulus Castrens. in. l. quamuis. C. de fideicō. Alex. consi. xl. col. ii. lib. i. consil. viii. col. iiii. consil. cvi. col. vi. & consi. cxv. col. fi. lib. ii. & in consi. clxxxi. col. pen. lib. iiii. & in cōsi. xxii. col. ii. eod. lib. iiii. Bal. in. d. l. maximū vitiū. col. iiii. C. de lib. prȩte. ibiq; Ias. dixit Statutū q̄ ſtātibus filiis masculis filiæ fœminæ non succedant, habet etiam locum q̄n extat nepos ex filio quia excludet filias fœminas agnationis perpetuandæ gratia, quam itidem rationem considerant statuentes, hoc idem sequuntur moderni in. l. ii. C. de in ius. voca. dicimus etiā stante Statuto q̄ ab Agnatis mater repellatur censentur alii etiam cognati idest filius, vel filia sororis eodem Statuto propter Agnatos exclusi. Bar. in. l. ii. §. videndum. ff. ad tertul. Corne. & alii. in. d. l. maximum vitium. facit optime quod voluit Roman. consil. xvi. col. ii. si dictet Statutum q̄ stantibus fratribus excludātur sorores nec supplementum legitimȩ petant idem seruabitur in patruis, vt ipsis extantibus repellantur sorores fauore agnationis conseruandæ, quæ per diuitias conseruatur, & idem Rom. consi. xxxii. Incip. visa municipali constitutione &c. aut Statutum præferens fratrem defuncti eius matri intelligitur eadem ratione agnationis scilicet conseruandæ auum paternum matri anteponere idem tenuit in consil. cccexi. incipi. quatuor sunt quæ refragantur &c. Francis. Aretin. consil. cxlii. incipi. viso Statuto &c. notant Raphael. Alexand. Iaso. & Riminal. in. l. ii. C. de in ius vocando. vbi omnes concludunt, Dictante Statuto q̄ stantibus filiis masculis filiæ fœminæ non succedāt & ipsa ratione ex filio neptis excluditur, quoniam, ipsi inquiunt maxime Riminaldus, ratio vt familia conseruetur, quæ vnica est in statuto & pro expressa habetur militat etiam tali casu, & quia casus ad quem fit extensio potest lata interpretatione sub verbis statuti comprehendi, filiæ nanq; apellatione neptis quoq; lato sumpto vocabulo venit Bar. in. l. liberorum. ff. de verbor. signi. Quare voluit Bal. in. l. fi. vers. facit ad quæstionem &c. ad Tertul. Statutum si extat q̄ fratres patrueles præferantur matri præferrentur etiam si simul sunt mater & amitta, ratio potuit esse quando sunt simul mater & amitta iste est casus mixtus qui large in simplici comprehenditur de quo loquitur Statutum iuxta ea quæ habentur. in. l. si ita. ff. de lib. & posthumis & in. l. ii. in princip. ff. de verbor. obligatio. & etiam statutum excludens matrem propter superstites Agnatos, Item alio capite excludens sorores stantibus Agnatis, haud secus interpretabimur si mater & soror cum Agnatis concurrant q̄ si mater sola aut soror tantum cum Agnatis iisdem concurrat Anton. Rosellus, in arbore consanguinitatis col. cii. Bal. in. l. i. in fi. C. de condi. insert. in lectura antiqua, & hoc per eandem rationem. Quamobrem Statuta Bononiæ & si de duobus simplicibus casibus duntaxat meminerint, Attamen mixtus ille casus sub illis simplicibus saltem large contineri potest per notata in. d. l. si ita. ff. de lib. & posthu. & in. d. l. ii. in prin. ff. de verb. obli. ratio. n. huius statuti fundata est in dignitate & memoria perpetuandȩ familiȩ quæ ratio in mixto itidem casu nostro viget vti supra deduximus ergo ad hunc similiter casum trahi poterit.

Tractarunt

8 Tractarunt Bal.& Imol.in.l.fi.ff. de hæred. inſtituen. vtrum magis ratio q̃ verba in
ſtatutis ſpectanda ſit aſſentiūt omnes aut in ſtatuto exprimitur ratio, Tū ratio potius
q̃ verba attenditur per.l. milites agrum.ff.de re.mil.aut non exprimitur ratio in ſta/
tuto neq; in lege aliqua,tunc verba magis q̃ ratio inſpiciuntur.l.proſpexit.ff. qui. &
a quibus.Itaq; ſenſerunt q; licet ſtatutum non exprimat rationem,ſi tamen ratio illa
in lege aliqua expreſſa ſit extenditur ſtatutum virtute illius rationis ac ſi in ſtatuto
appoſita fuiſſet ratio huiuſmodi. Iſtud dictum ſequitur Cinus in.l.i.in.iii. oppoſi/
tione. ibi ratio ſeu cauſa legis non apparet &c.C.quæ ſit long. conſue. & Bal. in.l.ea
quæ. verſ.xi.quæritur &c. C.de condit. indeb.dicit q; generalis ratio iuris commu/
nis ad ſtatuta etiam trahitur,& vbicunq; in ſtatuto non exprimitur ratio,ineſt ſemp
naturalis & ciuilis, ideſt iuris communis, ſequitur Franciſ curtius.in.d.conſil.lxxx.
incip.recte præfatus &c. licet ergo in ſtatutis de quibus agitur mentio rationis vt cō
ſeruetur agnatio nominatim minime fiat,tamen quia hæc ratio in iure ciuili memo
ratur, in ſtatutis quoq; noſtris videtur adeſſe ſicq; in his rationē magis q̃ verba ob/
ſeruabimus,quæ ratio extenſionē ad caſum nr̄m merito inducit per ſuperius dicta.
9 ✠ Cumq; Statuta huiuſmodi fauore principaliter ſeruandi familias earumq; digni/
tatem inducta fuerint quamuis in conſequentiam mulieribus inuiſa ſint, non Iccir/
co illud attenditur ſed fauorabilia ſic extimantur, vt recte quidem ex identitatis ra/
tione latius intelligantur extendanturq; Riminald. & Dominus Anton. de Ale/
xand. poſt alios in.l.ii. C. de in ius. vocan.Curtius in præallegato conſi. lxxx. in fi/
facium quæ diffuſius habentur in.l. ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer. peta. in.l.qui ex/
10 ceptionem.ff.de condit.in deb.cum ſimili. ✠ Et nonnunq̃ legi de iure diuino ſe/
cundum legem Moyſis Deuteronomi cap.xxvii.maſculos in ſucceſſionibus fœmi/
11 nis anteſtare, ✠ Quare in ſtatutis fauorabilibus,caſus mixtus ſimplicibus quoq; ineſt
Fili.in.c.fi.ver.iii.cōcluſio &c.de ſimo.not.in.c.at ſi clerici §.de adulteriis.de iud.& in
.l.ſi ita.ff.de lib.& poſthumis.& in.l.iii.in prin.ff.de verbo.obligat. itaq; ſtatutum im/
munitatem tribuens macellario, illi etiam qui & piſcator & macellarius eſt immunita
tem hāc eadem ratione donare placuit Baldaco. Ange. Areti.in §.i.inſtituti.de actio.
12 ✠ In materia fauorabili ſub nomine monachi ille qui & Abbas eſt & monachus cō/
tinetur ſecus in materia odioſa, Filin.in.d.c.fi.de ſimonia. & Bal.in.l.fi.C.de teſti. vbi
tenuit ſi ſtatutum filiofamilias teſtari concedat poterit etiam donationē cauſa mor/
tis facere, quę mixtam cauſam contractus & vltimæ voluntatis habet qm̄ id ſtatutum
fauorem continet, Accedat doctrina Pet.de Anchar.in conſil.ccclxvi.incipi.dubium
in hac quæſtione facit &c. Vbi reſpondit ſtatutum volens in contractu mulieris pro
pinquorum conſenſum adhiberi,extenditur eadem ratione ne ſcilicet decipiatur, ad
eam quæ mortis cauſa donat & ſic ad caſum mixtum: cum ergo ſtatuta hæc noſtra
fauorabilia ſint vt perpetuetur agnatio ratioq; eadē militet in propoſito caſu mixto
dicendum eſt ad hunc quoq; non in eleganter trahi & ita in terminis noſtris ſentit
13 Riminaldus in.d.l.ii.C.de in ius.vocan. huic ſententiæ cōſequens illud eſt, ✠ Quia
in caſibus quibus non militant rationes fauoris neq; identitatis rationis mixtū nihi/
lominus comprehenditur ſub diſpoſitione faciente mentionē non de vno ſimplici
tantum,ſed de vtroq; ſeparatim.l.ſi his qui in puteum §.hoc interdictum.ff.quod ui

aut clam.l.si ita facta.ff.de iniusto.rupto.testa. vbi est materia exhæredationis, quæ est odiosa tamen sub simplicibus casus ibidem mixtus venit ratio est quoniam ibi fit mentio de vtroq; simplicium,ita illum textum intelligũt Bar. & Imol.ibi & Ias.in.d.l.ii.in princi.& Paul.Castren.ff de verb.obliga.Ideo quando statutum tam de masculo q̃ de fœmina cõmeminit sub statuto Hermafroditus quoq; comprehenditur Bal.in.§.i.insti. de actio. facit lex. titię textores.ff. de lega.i.sed in casu statuti de quo modo differimus mentio fit de vtroq; simplici scilicet tam de matre q̃ de sororibus ergo statutum id mixtum casum comprehendet scilicet quando mater & sorores simul cum patruo consistunt,quod voluit Alber.in.ii.parte statutorum.q.clxxxv.

Non obstat huic rationi, q̃ notant doctores in.l. si extraneus.ff. de codi. ob causam, vbi simplex vterq; casus fuit nec ideo mixtum complectitur plurifariam ad hoc respondere quimus,illa imprimis doctrina procedit in contractibus quibus mixtum sub simplici esse non potest contrahentibus etenim obicimus cur non apertius legem conscripserunt.l.veteribus.ff.de pact. Sed in statutis est secus quamobrem vidimus masculinum in statutis fœmininum concipere Bar. in.l.iura.ff. de legi.doctores in.l. quicunq; .C. de ser. fugi.Imol.in.l.si ita scriptum.ff. de lega.ii.Petr.de Ancha.consil.cix.incip. superstite Domino &c. Bal. & Imol. tradunt in.l.si constante.§.fi.ff. solut. matrimo.Alex.consil. cx incip. circa dubitationem lib. ii. Ias. in.l. si quis id quod. de iurisdic. om. iudi.col.ii.versic.iiii.prædicta regula &c. & tamen in contractibus sub nomine masculino fœmininum non venit secundũ Guido. de Suzza in.d.l.veteribus. & in.l. quicunq;.C. de ser. fugi. quem sequitur Imol.in.c.potuit col.fi.de loc. & in.l.cum vir.ff. de condi. & demon. Alex.consil.lxi.incip. super eo de quo quæritur &c. lib.i. simili modo videmus in statutis argumentum ab identitate vel maioritate rationis firmum validumq; haberi Bar.postq; illum communiter alii in.l.omnes populi,in materia interpretationis extensiuę.ff.de iust. & iur. at secus est in contractibus aliisq; dispositionibus hominum vti latę Fili. docuit in.c.cum dilecta.col.xv. de rescriptis. Vel aliter Respõdemus,doctores in.d.l.si extraneus. intellexerunt vt verba cõtrahentium,qui de quolibet simplici loquebant̃ locum haberẽt in primo ordine nascendi,idest si nasceretur scilicet primo masculus,venditoris sit,si vero fœmina primo scilicet fuerit ædita emptori detur,quare ambobus insimul natis si neq; quis prior quisue posterior sit natus appareat prædictæ conuentioni locus non est ita declarant doctores præsertim Moderni ibi:cum igitur in casu nostro huiusmodi ratio cesset non obstabit.

Minus nos offendit doctrina Bar.in.d.l. cum Auus.In vltima.q.ff.de cond.& demon. Respondetur primum q̃ ibi erat diuersa ratio in mixto casu & in ratione cuiuslibet casus simplicis, vt luculenter recte introspicienti constare potest: aut dicamus factã ibi mentionem de quolibet simplici taxatiue fuisse, vt si decesserit cum fœminis sine masculis hæreditatem restituat,sin autem cũ masculis tm̃ seu sine fœminis moriat̃,tũc centũ dato,iccirco tali casu extẽsio ad casum mixtũ recepta nõ est, quã inibi intẽsionẽ dedit.Soci.col.xlv.aut possumus rñdere doctrinã illã satis ꝓbabilẽ videri in dispõne hoĩs quæ ex identitate vel maioritate rõnis extensionem non patitur licet in statutis contra vt mox notauimus ex his etiam patet solutio ad ea quibus dicitur q̃ dispositio loquens

tio loquens in casu simplici non habet locum in casu mixto nam iura illa procedūt vel vbi sumus in statutis odiosis vel quando in statuto de vno simplici tm̄ habetur mentio & casus mixtus non magis in illo simplici q̄ in alio casu insit vel quādo neq; lex neq; statutum rationem expressam eiusdem statuti reddit vel quia statutum vnica ratione, quæ habeat vim rationis scriptę fundatum siue inductum non erat alioquin secus esset vt supra deduximus.

Manifesta quoq; ex antelatis responsio deprehenditur ad quod dicebatur statuta non trahi in consequentiam contra ius commune quia id non procedet vbi ratio statuti vel a lege vel a statuto nominatim exprimitur, at vbi ratio est vnica in statuto, tunc enim recte ad casum mixtum fit extentio qui casus saltem late eodem statuto continetur per prædicta: Vel respondeamus quando statutum de vtroq; simplici disponit, dicitur etiam mixtum proprie continere & non per extensionem quia in materia etiam odiosa sub dispositione loquente de vtroq; simplici mixtū venit quod

14 supra diximus, ● Vel vltra prædicta dixerim obiectionem forsitan vrgere in correctoriis non quidem in limitatiuis dispositionibus quia ex identitate rationis indistincte limitatiuæ dispositiones extensionem recipiunt, iuxta ea quæ notantur in .l. gallus § & quid si tantum .ff. de lib. & posth. l. si constante in prin ff. solu. matri. Sed profecto statuta hæc nostra non prorsus iuris communis correctoria sunt nec plane disponunt q̄ matrem vel sororem in totum defuncti patruus excludat, quinimmo iubetur q̄ mater vsumfructum omnem dum viuit & soror proprietatis cū patruo

15 portionem habeat sicq; obiectiones prædictę nō obstant. ● Possumus quoq; Respondere in correctoriis extensionē catenus permissam quatenus per illam ad ius cōe primæuū reuertimur glo. est peregrina in. c. statutū. ver. numerandū &c. de preb. lib. vi. Ant. de but. in. c. olim de verb. sig. Alex. in. d. l. si cōstante. in prin. ff. sol. mat. Ias. in auc. quas actiones col. vii. & viii. C. de sacro. sanc. eccle. idem Ias. in. l. si vnus § pactus ne peteret. col. iii. ff. de pactis. Qm̄ res de facili ad primeuā sui naturam redit vt ibi & in. c. ab exordio. cū sua glo. xxxv. dist. sed prima origine reperita diuinū ius pp masculos a succedēdo fœminas repellebat qd̄ nup diximus & hētur Deuterono. ca. xxvii. ergo extēsio in casu nr̄o licita erit q̄uis ex ea correctoriū ius insurgeret. Vel notissime pbauerim in correctoriis extensionē ab identitate rationis licere qn̄ casus ad quē extensio pgredit, lata latrē interpretatiōe, sub verbis statuti extendendi cōplectitur. glo. notab. in Clem. i. in verbo eligat &c. de electionibus. glo. in auc. minoris debitor. C. qui. dari. tu. pos. glo. in auc. vt hii. qui obli. res. mino. habe. perhi. Ant. de but. in. c. fin. de cōsuetu. quē refert & sequit Cacialup. in repe. l. oēs populi. col. xxxv. & xxxvi. ff. de ius. & iure. Alex. in. l. ii. col. ii. ff. de lega. i. Idem Alex. latius. cōsil. cxciii. incipi. mature digestis &c. col. penul. & fina. lib. ii. vbi ampliat hæc procedere etiam si ratio in. l. vel statuto minus expressa sit.

Quod oīno credendū sit casum nr̄m in his statutis cōprehendi alio defendimus argu

20 mēto, ● Verisimiliter qdem statuētes ipsi de casu nr̄o si interrogati fuissent pp̄ter identitatis rōnem familiæ. s. conseruādæ vtiq; rūdissent patruū cū mr̄e & sororibus cōcurrentē admitti debere, id igit pro cauto habendum est. glo. cōiter recœpta in. l. tale pactū § fina. ff. de pac. Bal. in. l. custodiā. ff. de pericu. & com. rei vendi. & in. l. i.

.C.quæ res pig.obli.pos.l.titius § Lucius.vbi Paul.Castrēsis.ff.de lib.& posth.Alex. consil.xxiiii.col.x.lib.ii.Mater itaq; totum vsumfructum habebit, Proprietas vero inter sorores & Patruum diuidetur, quoniam patruus & sorores parificantur & qui ab altero equiperatorū excluditur ab vtroq; exclusus intelligitur.auc.post fratres.vbi Bal.C.de legi.hęre.morteq; matris aut alia rōne finito vsufructu tū merito accedet.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Verbum Relinquo,est verbum commune,quod si ad res certas fuerit relatum non quidem institutionem,sed legatum significat.
2 Clausula in medio vel iuxta vnum capitulum posita ad proximius quando sit referenda.
3 Determinatio vna posita post duo determinabilia parisormiter illa determinat.
4 Relatio fit ad omnia præcedentia Quis in aliquo ex præcedentibus recti sermonis ratio salua esse non possit.
5 Declaratio ad l.plantius.ff.de auro.& arg.legat.
6 Pater non præsumitur in hæreditate sua filiabus vxorem præferre velle.
7 Legatum factum ei,qui solus hæres vniuersalis est inane æstimatur.
8 Verba instituit & substituit,quando simul ponuntur quid significent,& quando vnumquodq; illorum per se est positum quid æque denotet.
9 Substitutiones vulgares deficiunt omnes per additionem hæredis.
10 Substitutio non extenditur ad casum vnde absurditas postea resultaret.
11 Verba vt bona mea remaneat inter consanguineos & nepotes,fœminas non comprehendunt.
12 Clausula testamenti, vt bona mea remaneat inter consanguineos & nepotes an & quando vim fideicommissi habeat,& quomō pacto sit intelligenda.
13 Dicta doctorum secundum iura,quæ allegant interpretantur.
14 Oratio subsequēs imperfecta ꝑpter verbū in ea deficiens,suppletur a verbo orationis præcedētis.
15 Substitutio quantumcunq; generalis non comprehendit casus vnde possit absurdum sequi.
16 Testator substituens hæredi instituto agnationem suam non creditur illos de agnatione substituisse,in quorum persona finitur agnatio.
17 Fideicommissum quando tacite reuocatum intelligatur.

Respon. XI.

Redemptoris nostri humiliter Implorato suffragio.

MAgna est profecto nobis proposita quæstio, an Magnific. dominus Iulius substitutionis iure ad bona seu partē bonorum Dominæ Violantis defunctæ venire possit,& pro maiori declaratione quæstionem hanc altius repetā in testamento Magnifi.domini Alberti primo videamus quis hæres vniuersalis æstimetur,ex personis omnibus,quæ in testamento eodem sunt nominatæ, in his potissime huiusmodi dubium esse potuit videlicet in filiabus & dña Violante vxore .d.testatoris,necnon Magnifi.domino Andrea prædicti testatoris fratre, quod ad Magnifi.D.Andream pertinet & plusq̄ manifestum est vniuersaliter institutum hæ-
1 redem non esse quoniam relictum ei factum non est per verba directa. Sed per verbum commune Relinquo:relatum non ad vniuersitatem,sed ad res certas scilicet dimidiam redituum possessionum ipsius testatoris,vti in testamento videre est quocirca communiter obseruatur ne institutio eo casu aliqua sit sed legatum duntaxat censeatur.§ cæterum,iuncto § aliud quoq; capitulū: in auc. vt cum de appell.

cog. glo. Bar. Bal. Angel. & Alii communiter in. l. his verbis. in princ. ff. de hæred. insti. Bar. in. l. illa institutio. eo. Tit. glo. notabilis. in. c. si pater. de Test. lib. vi. Canon. omnes in. c. Rainutius de Test. Alexan. post Bart. & Alios antiquiores in .l. cogi. §. non omnis. ff. ad Trebel. Ias. Post Sali. in Auc. nouissima. C. de in offi. Testa. Soci. consil. lxxvi. lib. iii. & idem consil. cxvii. col. fi. &. iii. lib. iiii. quod pręsertim procedit in casu nostro vbi Dominus Andreas non est de personis quæ necessario institui debent hoc ideo Dico vt quorundam opinionem vitemus volentium in persona filii verbum relinquo semper institutionem significare Abba. in. d. c. Rainutius. & Alex. in dicto §. non omnis. quæ veruntamen opinio minime recepta est vti p Alex. in præallegato loco licet etiam vera esset non obstaret tamen quæstioni nostræ per prædicta, tanto magis id procedit quoniam in testamento alius est hæres directus, Quare non poterit ipse hæres dici per ea quæ notat. Bar. in. l. centurio. col. xiiii. ver. quæro vlterius. ff. de vulg. & pupil.

Quo ad filias ipsius testatoris dicendum est omnino institutas fuisse in ducatis. 3000. & hoc est bis factum in dicto Testamento licet q in prima earum institutione dictum sit q sint tacitę & contentę institutione dictæ quantitatis, atq videatur eis prohibitum ius accrescendi attamen in secunda earundem institutione verba huiusmodi apposita non sunt videlicet q sint tacitę & contentę tali quantitate minusq dicendum est in secunda institutione verba illa tacite repetita intelligi propter diuersitatem rationis, prima nanq filiarum institutio in casu quo testatori filii masculi superessent facta fuit, quod ex eo deprehendimus, quia subiecit testator postea institutionem vniuersalem filiorum masculorum nimirum si fauore masculorum accrescendi ius fœminis ipsis vetuit, secunda autem institutio filiarum facta est post institutionem filiorum masculorum & ipsis deficientibus non habet eandem Rationē quod ipsis filiabus sit prohibitum ius accrescendi quin immo in contrariū ratio est manifesta, illo enim casu masculos non extare præsupponitur sicq non debent filiæ tunc ab iure accrescendi repelli quia non subest alius
2 hæres vniuersalis. • Nam clausula posita in vno, vel iuxta vnum capitulum refertur tantum ad illud, non autem ad alia quæ remotiora sunt quando ratio diuersa inest & ratio maior est, vt ad proximius quàm ad remotius capitulum relationem habeat. l. prima, vbi not. C. de lib. præte not. in. c. secundo Requiris. in prin. de appel. & Ibi Phili. decius. Car. in cle. i. §. fi. de iure. Patrimo. Bart. & Alii. in. .l. talis scriptura. §. fi. ff. de leg. i. ex quibus sequitur cum illarum secunda institutio in ducatis. 3000. non habeat prohibitionem iuris accrescendi, vel expresse, vel Tacite per viam repetitionis, ipsę debent esse hæredes vniuersalis per ius accrescendi ex quo hæres alius vniuersalis in primo gradu nemo est. l. i. §. si ex fundo & ibi notatur. ff. de hæred. instituen. l. si alterius. eo. Titu. Non obstat si dicatur Dominam Violātem dicti testatoris vxorem hæredem vniuersalem videri propter verba illa testamēti quæ huiusmodi sunt. Et ipsam Dñam Violantem instituit ac sibi reliquit dimidiam vsusfructus &c. In primis quidem Respōdeo verbum instituit, non debere simpliciter & in determinate intelligi, sed debet determinari

eodem modo, quo verbum, Reliquit, q scilicet instituta sit vxor in parte dimidia
3 vsusfructus. ● Sic planè determinatio vna posita post duo determinabilia debet ea pariformiter determinare.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.l.in testamento.C.de mili.testa.l.Mulieri & Titio vbi Bart.in.i. oppo.ff.de condi.& demonst. conditio ibi apposita post duo nomina, vel post duo verba çqualiter vtrunq; determinat.l. talis scriptura in fine.ff.de leg.i.d.c.secundo requiris.de appel.sic Itaq; vxor testatoris non in proprietate vniuersaliter sed tantum in vsufructu partis bonorum instituta est, vnde quemadmodum si testatoris filiæ in omnibus bonis hæredes vniuersaliter fuissent institutæ & vxor in vsufructu omnium bonorum, ipsa vxor non ideo hæres vniuersalis diceretur, sed filiæ solum ita etiam ipsis filiabus institutis in aliqua parte bonorum & matre in parte vsusfructus ipsa mater non esset hæres vniuersalis, sed filiæ tantum quibus reliqua bona testatoris accrescunt, censentur hæredes vniuersales idem enim iuris de toto quo ad totum quod est de parte quo ad partem fore arbitramur.l.quæ de tota .ff.de reiuendi.l.an pars.ff.pro derelic.cum simil. Non obstat prædictis si obiiceretur, q immo illa determinatio dimidiam partem vsusfructus &c. Posita post verba duo videlicet, instituit ac reliquit, debet determinare tantummodo verbum, reliquit, non autem verbum instituit, vt ratio recti Sermonis salua sit, non quidem congruit q testator dicat instituo dimidiam vsusfructus &c. Quo casu succedit Regula, vt determinatio posita post plura determinabilia refertur tantum ad ea ad quæ saluo recto sermone referri potest Bar.in.l. Plautius.ff.de Auro.& Arg.lega. Responderim ipse regulam hanc ancipitem dubiamq; reddi, in contrarium quippe est.tex.in.l.hęres meuus § vxori.ff.de lega.iii.in.l.Seiæ § Gaio.ff.de fun
4 do.instruc. ● In quibus legibus Relatio determinationis, tam ad omnia fit, ad q ratione recti sermonis salua referri potest, q ad quæ non potest referri salua ratione grammaticorum hoc idem tenuit Bart.in.l.cum filio familias in fi.ff.de leg.i.inquit ipse si quippiam vineas tibi & fundum fructibus plenum concedet, illa determinatio plenum ne dum ad fundum, sed ad vineas quoq; est producenda quanquam secundum grammaticos vineas plenum dici haudquaquam possit.
5 ● Ad.l.Plautius congrue possumus respondere q illa loquitur secundum vnam opinionem nimis rigorosam, quæ reprobatur in.d.l.hæres meus §.vxori.ff. de lega.iii.& in.d.l.Seię § Gaio.ff.de fundo.instruc.quod glosatoribus omnibus in. dictis locis placuit nec Bar.in.d.l.Plautius, commode videtur respondisse ad iura cōtraria maxime dum asserit in.d § Gaio.determinationem ad omnia referri etiam contra grammaticos quoniam in medio non autem post omnia determinabilia posita erant, Responsio hæc Bar.est contra.l.iii §.filius.ff.de liber.& posthu.non ibi fit differentia an in medio an vero in fine determinatio apponatur, item contraria est dicta Responsio his quæ ipsemet Barto.Docuit in.l.mulieri & titio in. .i.oppo.ff.de condic.& demonst.Vbi vult determinationem ad omnia determinabilia extendi maxime quando in fine eorundem est posita, contrariatur æque sibiipsi Bartolus in.d.l.cum filio familias.in fine vbi determinatio post omnia determinabilia posita erat nihilominus ad ea omnia etiam contra rationem grammaticorum rectè extenditur: præterea quamuis Doctrina Bartol.in.d.L.

Plautius

Plautius, vera esset ipse tñ fatetur ex leuissima quaq; causa recedendum esse ab eius
Doctrina, vtputa propter verbum omnē positum in ipsa determinatione, vel quan-
do ipsa determinatio esset posita non in fine, sed in medio determinabilium per. d.
§. vxor. & §. Gaio, quæ quidem causæ leuissimæ sunt, cum Regulariter non intersit
vtrum in medio, vel in fine sit ipsa determinatio. d. l. iii § filius ff. de liber. & Posthu.
si tamen aliquid interesset modice quidem interest habent enim se vt excedentia &
excessa per ea, quæ notat. Bar. in. d. l. mulieri & Titio in. i. oppo. & quia generaliter
scripturæ ordinem non obseruamus. l. nec enim. ff. de solut. l. cum pater. §. si fidei-
commissum. ff. de lega. ii. l. quidam. ff. vt in possess. lega. multo magis ergo fatetur
Bartolus in. d. l. Plautius. ꝙ quando esset causa grauior perpensiorq;, tunc fieret re-
latio ad omnia præcedentia non obstante ratione & regula grammaticorum, sed in
casu nostro causæ vrgentissimæ adsunt, propter quas illa determinatio dimidiam
vsusfructus &c. debeat respicere tam verbum relinquo q̄ verbum instituo, primaq;
6 vrgens ratio siue causa est. ☙ Quoniam si non fieret ad vtrunq; relatio absurdum
sequeretur quod prætulisset testator in hæreditate vniuersali filialibus suis vxorem,
quod est contra naturalem & ciuilem rationem, neq; in dubio credendum ꝙ ita
pater erga filias suas versatus esset. l. nam & si parentibus. ff. de in officio. testa. l. cum
Auus. ff. de condic. & demonstra. l. cum acutissimi. C. de fideicōmissis. l. generaliter.
C. de institu. & substi. sub condicio. fac. Item sequeretur inconueniens aliud si ad o-
mnia præfacta relationem hanc non dirigamus cum ipsa mater esset sola hæres vni-
uersalis nullum fuisset legatum. 1000. aureorum, quæ eidem maritus testator le
7 gauerat neq; legatum vsusfructus subsistere posset. ☙ Legatum enim factū ei qui
solus hæres vniuersalis est scriptus nullum atq; inualidum censetur. l. legatum la. ii.
§. i. ff. de lega. i. & ideo iura dicunt Dispositionem testatoris sic interpretari oppor-
tere, vt nulli à se ipso legatum, vel fideicommissum relictum videatur. l. Titia cum
testamento §. Lucius Titius. ff. de lega. ii. quod summa ratione nititur quoniam di-
spositio sic intelligenda est, vt valeat potiusquam pereat. l. quotiens. ff. de rebus. du-
biis. l. quotiens in stipulationibus. ff. de verbo. obli. l. quotiens idem Sermo. ff. de
Reg. iur. c. Abbate de verb. sign. cum ergo istæ duæ rationes fortissimę validissimęq;
sint, & magis quælibet earum vrgeat quàm illæ quas posuit Bar. in. d. l. Plautius
proculdubio dicendum est, vt illa determinatio dimidiam vsusfructus &c. Determi
net, ne dum verbum reliquit, sed etiam verbum instituit, Quare Domina Violans te-
statoris vxor vniuersalis hæres dici non poterit, sed Testatoris filiæ hæredes in
vniuersum erunt, Posito quoq; citra veritatis pręiudicium ꝙ hæres vniuersalis vxor
per ius accrescendi tanquam instituta fuerit in re certa sicuti ipsæ filiæ dici posset, nō
tñ verę est eam fore hæredem vniuersalem in totū, sed pro virili solum cum filiabus
instituta Diceretur. l. ex facto. ff. de hæredibus. instituendis. cum similibus nec obstat
si diceretur quod immo constat testatorem voluisse hæredem vniuersalem vxorem
sibi instituere vt patet ex substitutione vxori facta, quam verisimile non est in solo
vsufructu fuisse factam cum in eo non esset Testatoris prouisio admodum necessa-
ria §. finitur insti. de vsufru. l. corruptionem. C eo. tit. æquidem Respondeo ꝙ satis
verificatur dicta substitutio in vsufructu & in legato. 1000. aureorum ipsi vxori le-

gatorum, vnde non oportet propter substitutionē huiusmodi intelligere ipsam vxorem vniuersaliter hæredem scriptam fuisse quin potius substitutio prædicta contrarium manifeste dictat, quandoquidem post mortem ipsius vxoris substituit testator filios masculos, quos antea in vniuersum hæredes instituerat sic itaq; pater ꝙ ei solū testator substituit in vsufructu & legato. 1000. aureorum, vel si dixerimus vniuersaliter vxorem institutam, pro virili duntaxat cum filiabus non quidem in totum hæres est.

Aggredior itaq; aliud dubium a quo præsentis quæstionis tota pene difficultas pēdet vtrum scilicet Magnificus Dominus Iulius possit venire iure substitutionis, vel fideicommissi ad aliqua bona relicta Dominę Violanti vxori testatoris prædicti, In primis satis probabiliter defendi posse videtur Magnificum Dominum Iulium admitti debere quamuis ipse non fuerit immediate substitutus Dominę Violanti, tamen alii substituti priores decesserunt ante ipsam Dominam Violantem quamobrem videtur locus esse Regulæ, quotiens primi substituti decesserunt ante institutum tunc sequens substitutus instituto succedit Bar. in .l. q̄diu. la. iii. ff. de Acqui. hæred. inquit ipse ibi si testator instituit filium hæredem eiq; pupillariter titium substituat, & quandocunq; decesserit titius sine liberis substituit ei Sempronium si contingat ꝙ titius primus substitutus ante pupillum morietur postea pupillus decedat ipse Sempronius. ii. substitutus iure pupillaris substitutionis succedere poterit per. d. l. q̄diu. vbi dicitur ꝙ is qui tertio gradu scriptus est si primo deliberante decedat secundus ipse potest succedere, pręterea hoc videtur probari in illis verbis generalibus, vt bona suæ hæreditatis inter suos consanguineos & nepotes remaneant &c. Quæ verba fideicommissum denotare visa sunt vt Bar. sentit in .l. qui Romæ § co hæredes. ff. de verb. obliga. & ibi post alios sequitur Aret. in ver. tu autem aduerte ad primam conclusionem &c. Verum his non obstantibus reor. Mag. D. Iulium nullo pacto, vel substitutionis, vel fideicommissi iure ad bona prędicta posse admitti, & quoniam probatio conclusionis nostræ dependet maxime a Responsionibus quas infra trademus ad argumenta contraria mox deducta ab his, ideo primum incipiam atq; præmitto substitutiones in præsenti testamento, in hæc verba factas fuisse, post mortem Dominę Violantis vxoris testatoris prędicti, instituti & substituti sint filii masculi ipsius testatoris, quibus non extantibus instituti & substituti sint filii masculi Magnifici Domini Andreæ ipsius testatoris fratris, quibus non extantibus substitutus sit dictus Dominus Andreas, vel si postea dictus Dominus Andreas sine filiis legitimis & naturalibus masculis moriatur, tunc instituit, & substituit Præfactum Magnificum Iulium cum aliis quibusdam, vt in Testamento

8 * Quæ verba instituit, & substituit licet vnūquodq; per se denotaret tantum directā substitutionem & sic vulgarem iuxta. c. primum. de testa. in. vi. tamen quando ponuntur simul tunc ne sint superflua intelligimus ꝙ instituit scilicet per substitutionē directam & vulgarem, ac etiam substituit p fideicōmissum ita expresse declarat Bar. in .l. Recusare § titius. ff. ad trebel. sic ipse Dominus Iulius erat vulgariter & per fidei

9 commissum substitutus * Verum quia per adiectionē factam ab instituto expirant omnes substitutiones vulgares etiam per plures gradus inuicem subordinatos factę

& sic

& sic tam proximæ q̃ remotæ, vt est tex. & ibi adnotant omnes in.l.si mater §.i.ff.de vulga.& pu pi.Ideo additione dominę Violantis expirauit tunc etiam vulgaris substitutio facta de ipso domino Iulio,sicq; facta additione prædicta superfuit sola fidei commissaria substitutio quæ tamen postea extincta est defecit nanq; conditio sub qua facta fuerat fideicommissaria substitutio de dicto domino Iulio,quia vt pridem diximus.M.D.Iulius fuit per fideicõmissum & sub conditione substitutus si.M.D. Andreas decederet postea scilicet vel post mortem dominę Violantis vel postq̃ ipse dominus Andreas successisset ex dicta substitutione & est compertum conditionẽ hãc defecisse,quia ipse dominus Andreas ante mortem dominę Violantis decessit per consequens anteq̃ ipse succederet ex dicta substitutione,ideo etiam fideicõmissum domino Iulio relictum expirauit ob defectum non impletæ conditionis.l.i §.fin autem aliquid sub conditione.C.de cadu.tol. Vnde tunc non potest habere locum doctrina de qua in.d.l.q̃diu.illa etenim lex non procedit quando vltima substitutio est sub conditione facta,quæ conditio defecit postea,tunc ex illa substitutus succedere non potest siue præcedentes substituti successerint siue non ita eleganter limitat Alex.consi.i.circa.vi.& vii.col.vers. insuper mouet &c.lib.i. vbi ad hoc allegat.l.qui habebat.ff.de vulga.& pupil.quæ inducitur iuncta glo. ibi exponente,nuberet,idest nubilis esset,quam limitationem sequitur Cor.consi.cxcix.col.xi. vers.nec etiam obstat &c.lib.ii.Bar.& alii communiter in dicta.l.qui habebat,Non obstat si quispiam dixerit huius vltimę substitutionis conditionem non defecisse,quia licet sit facta sub conditione si.M.D.Andreas sine filiis legitimis & naturalibus moreretur tamẽ debet extendi,vt etiam habeat locum in casu contrarię conditionis scilicet si ipse dominus Andreas antea sine filiis legitimis & naturalibus moreretur,quãdoquidem natura substitutionis est,vt de casu ad casum extendatur.l. iam hoc iure.ff.de vulga. & pupil.l. gallus §.& quid si tantum.ff.de lib.& post. Nam ipse Respondeo argumentum non 11
procedere in fideicommisso quin potius fideicommissum factum in vno casu ad alium casum non extenditur.l.statius florus §.Cornelio fœlici.ff.de iure fisci.l.cũ pater §.hæreditatem.ff. de lega.ii. Respondit Cor.dicto consi.cxcix.col.vi.Præterea si conditio non est de genere casuum,qui ad substitutionem necessarii sunt,sed volũtarii solum,tñ de vno casu ad alium etiam similem non fit extensio Alexand. in. d. consil.i.col.vii.vers.& posito.lib.i.Allegans notata per Bar.& alios. in.l. gallus §.& quid si tantũ.ff.de liber.& post.l.qui hæredi.in principio & in.l.meuius.ff.de cond. & demonst. Sed ista conditio non erat de genere necessariorum casuum ad fideicommissum ergo &c.Necq; substitutio vnq̃ ad alium casum trahitur quando resultaret extẽsio etiam ad aliud tempus,vt est tex.in.l.qui habebat.ff.de vulga. & pupil. in.l.si ita quis.eo.tit.& Cor.in præalleg.consi.cxcix. col.vi.vers. præterea substitutio &c. Sed in casu nostro si extensio fieret,ipsa nempe fiet etiam de tempore ad tempus scilicet de moriente post ad morientem ante quod inconueniens esse probaui-
10 mus,vt supra ergo non est recipienda huiusmodi extensio. * Prædicta confirmari poterunt quoniam substitutio nunquam ad casum dirigi potest,vnde absurditas insurgeret,minus nanq; dilectus à testatore melioris foret conditionis q̃ magis dilectus, quod esse non debet secundum Alexan. in.d.consi.i.col.vi.vers. & præterea

dicimus &c.sed proculdubio filias testatoris plus diligi ab testatore ipso q̄ Magnificū D.Iulium certissimum est ergo &c. In hac igitur prima respōsione principali nedum probatur dicta conclusio, sed etiam tollitur fundamentum contrariæ partis factum per.d.l.quandiu.

Vltra hæc potest principaliter responderi ad.d.l.q̄diu.si præmiserimus q̄ vbicūq; substitutio vltima est fideicommissaria si tunc præcedentes substitutiones defecerūt suprema quoq; deficit vti limitarunt doctores in.d.l.q̄diu. maxime Bar. ibi in fine per.l.apud Iulianum § idem Iulianus.ff.ad trebel.l.ita tamen § qui suspectam eo.tit. sequitur Alex.in dicto consi.i.cæterum ista substitutio mere fideicommissaria remāsit illico per aditionem dominæ Violantis vtsupra dictum est, itaq; cum postmodum substitutiones factæ ante substitutionem domini Iulii defecerint,& ex eis neq; adita fuit,neq; hæreditas adiri potuit iure.d.fideicommissi.D.Iulius non admittetur ex hoc alia patet responsio ad.d.l.q̄diu.quæ solum procedit si quæratur an ex vltima directa,vtputa vulgari succedatur,secus quando quæritur an ex vltima fideicommissaria succedatur vti proxime docuimus: Aliud identidem Argumentum cōtrarium neq; iure defenditur licet clausula illa testamento insit,quia bona suæ hæreditatis remaneant inter suos consanguineos & nepotes &c. Possumus & illud multifariā improbare,Vt clarius responsiones nostræ intelligantur præmitto q̄ in hac materia reperiuntur duæ clausulæ,altera cum dixit testator,quia volo q̄ bona mea remaneant in familia,agnatione &c. tunc verum est per.d.clausulam fideicommissum significari ita loquitur Are.in.l.qui Romæ § cohæredes.versic.tu autem aduerte ad primam cōclusionem & Soci.col.viii.versi.iiii.& vltimus casus &c.ff.de verb.obliga.Circa hāc clausulam insistendum non est,quia non ipsa vsus est testator noster in suo testamento: Altera clausula est,quando in testamento cauetur vt bona mea remaneant in fa-

11 milia vel agnatione &c.in his terminis casus noster est positus. ✠ Quia testator dixit vt suæ hæreditatis bona remaneant inter cōsanguineos & nepotes suos &c.quæ verba in masculino genere prolata non hoc casu fœminas complectuntur,minusq; ex fœminis descendentes per ea,quæ late tradit Soci.inter consilia Curtii sub nu.xl. per totum & sic prima facie videtur q̄.d.clausula filiabus dicti testatoris obstet,quæ etiam sunt filiæ & hæredes dictæ dominæ Violantis,atq; ita fauere videtur.M.D. Iulio vt debeat esse victor in hac causa,Neq; in fauorem dictarum filiarum allegare sat est q̄ fideicommissum relictum per.d.clausulam expirauerit ob defectum alicuius conditionis,quia illa clausula est simpliciter & absq; cōiunctione concepta. Enimuero his non obstantibus opinor clausulam hanc domino Iulio nequaq̄ prodesse, vt

12 per fideicommissum prædicta bona consequatur, ✠ In primis verum non est q̄ .d.clausula vt bona mea remaneant inter consanguineos & nepotes&c. vim habeat fideicommissi simpliciter,sed tantum in aliquo speciali casu veluti ne præcedens dispositio frustatoria sit in his terminis loquitur Bart.in dicto § cohæredes. prout declarat ibi & sequitur Alex.exempli gratia,si dicat testator bona mea alienari prohibeo vt in familia & agnatione remaneant,hæc enim verba vt remaneant in familia &c. fideicommissum non denotant simpliciter & in omni casu,sed tantum in casu quo bona fuerint alienata,tunc fideicommissum significant ne prohibitio alienationis

præcedens

precedens frustatoria sit, si quidem in casu alienationis factæ fideicommissum indu/ctum non censeret alienationis prohibitio vana fuisset, quia non extaret, qui aliena/tionem reuocaret, potestas nanq; reuocandi, neq; hæredi alienantis quoniam ipse facto defuncti aduersari nō potuit, neq; cuipiam quia alterius non interesset, cōcedi potuit, nisi interesse aliquod vigore fideicommissi quis sibi habere putaret, itaq; vbi necessitas huiusmodi non est veluti, quia res non fuissent alienatę tunc non denota/ret fideicommissum, sed tantum denotaret, q̄ sic ideo testator disposuit, vt bona fa/cilius deuenire remanereq; possint in familia non autem, vt omnino & necessario seu indistincte debeant in familia esse ita voluit dicere Bar. in.d §. cohæredes. quem ibi declarat sic Alex. & Bar. intentio declaratur per. l. quam allegat videlicet. l. Peto. §. fratre. ff. de lega. ii. Iureconsultus ibi propter. d. verba fideicommissum significari voluit non simpliciter quidem sed in casu duntaxat alienationis factæ contra prohi/
13 bitionem & hoc ne prohibitio testantis elusoria, atq; vana fiat, * Igitur dictū Bar. secundum Legem ab eo citatam interpretari debemus Ioan. Ant. adnotat in nouel/la in. c. cum nuntius. de testi. Bar. idem censuit in. l. cum quidam. ff. de his. quib. vt in/dig. & in. l. non solum §. liberationis verba. ff. de libera. lega. facit ad hoc tex. in. l. pater §. fundum. ff. de leg. iii. Ibi sic ita fiet vt fundus titianus de nomine vestro nunq̄ exeat neq; verba illa significant vt perpetuo bona in familia omnino maneant, sed tantū denotant causam præcedentis dispositionis esse, vt facilius in familia stare possint, & difficilius de familia exeant, quod satis probat nam dicta verba, vt bona mea rema/neant in familia &c. bifariam interpretari possunt, primo vt necessario ac indistin/cte in familia conseruentur & maneant, item & non necessario nec indistincte, sed quo facilius possint in familia permanere. d §. fratre. & d. §. fundum. secundus iste in/tellectus assumendus est cū sit approbatus à iure vt in dictis §. §. tū quia præcedenti dispositioni sit concors, ex quo etenim dispositio præcedens non fuit indistincte fa/cta sed cum distinctione personarum & casuum apparet q̄ dicta verba vt bona mea remaneant &c. non intellexit procedere necessario ac omni casu, quia sic personas & casus inaniter distinxisset specificassetq; in præcedentibus, quare probabilius est, vt verba illa intellexerit non necessario & indistincte, sed quo facilius dicta bona in fa/milia permaneant & difficilius exeant, Si enim. M. Dominus Andreas vel eius filii succedent verisimile est q̄ ipsi relinquent potius in familia q̄ extra familiam dicta bo/na merito hic sensus sumetur magis, vtpote congruens præcedentibus, & menti tes/tatoris, & tanq̄ à iure magis approbatus scilicet q̄ non denotent fideicommissum, sed quandam enuntiationem effectus, sicq; facilius seruabuntur in familia Bona & difficilius eam exhibunt ex his prima responsio illis verbis testamenti, vt bona hære/ditatis meæ &c. satis clare apparet.

Secundo Respondeo citra veri præiudicium, q̄ etiam si dicta verba fideicommissum generale significarent non veruntamen sunt referenda ad præcedentia fideicōmissa in specie facta de. M. D. Iulio & aliis certis personis sub certis casibus & conditioni/bus, nam generalis subiecta clausula ad ea in quibus erat specifice prius dispositum re/lationē non habet. l. doli clausula. ff. de verb. oblig. l. alienata §. Basilicæ. ff. de alimen. & ciba. lega. l. cohæredi § qui Patrē. ff. de vulga. & pupil. cū igitur tale fideicōmissum

generale atq; purum non referretur ad.M.Dominum Iulium patet q ipse tam ex alio fideicommisso q̃ ex suo speciali conditionaliter facto venire nequaq̃ potest ex suo autem propter deficientem conditionem, minime succedet quod nup diximus ergo &c.Respondemus quoq; q etiam si admiserimus vt verba illa bona hæreditatis meæ &c. fideicommissum generale denotarent traherenturq; etiam ad personã M.Domini Iulii tamen quo ad.d.D.Iulium debent in isdem Verbis seu generali fideicommisso qualitates & conditiones positæ in præcedenti fideicommisso specialiter de M.D.Iulio facto omnino reperi & subintelligi,ratio illa est quoniã ea verba,vt hæreditatis meæ bona remaneant inter nepotes & consanguineos meos &c.in perfectam habent orationem cui verbum principale deest scilicet dispono,vel fideicommitto,vel iubeo,seu Rogo,aut simile quodq; verbum &c.quo casu succedit do

14 ctrina verissima, • Quando oratio subsequens est imperfecta vtputa quia deficit ei verbum principale tunc in ea debet reperi principale verbum dispositionis præcedentis cum suis qualitatibus & conditionibus Bar.in.l.Seię § Gaio.ff. de fundo instructo,& in.l.in repetendis.ff.de lega.iii.sic ideo cum censeretur repetita conditio eadem patet q non posset venire ex dicta sequenti clausula sicut nec ex præcedentibus propter conditionem in eo defectam,Nouissime Respõdeo q licet dicta clausula vt bona mea &c. fideicommissum ẽt purum & in persona.M.D.Iulii significaret tamen adhuc ipse.M.D.Iulius iure fideicommissi venire non potest,quia si etiam nõ ei obstaret defectus conditionis non impletę obstat saltem alia ratio quoniam fideicommissum vltimum deficit,quia præcedentes substitutiones defecerunt veluti, qã præcedentes substituti prædefuncti sunt ante hæredem institutum,quod in casu accidit nostro & hoc fundamentum supra fecimus in secunda principali responsione facta ad.l.q̃din.ff.de acqui.hæredi.dum allegauimus Bar.ibi & Alex.consi.i.lib.i. Postq; omnia hæc dicendum est,quia.D.Iulius filios masculos non suscepit,neq; facile in posterum propter senectutem eius suscipiet q̃uis filias habeat fœminas quod

15 ad fideicommissum istud peruenire non possit,illud in primis obstat, • Substitutio quantumcunq; generalis restringitur, vt non comprehẽdat casus illos,ex quibus absurdum sequatur,sed bona hęc ad filias dicti domini Iulii peruentura forent & per consequens testatoris filiæ ab his excluderentur quod nulla ratione probare possumus,non.n.verisimile est testatorem sobolẽ suam alterius soboli postponere velle vt eleganter scribit Bar.in.l.si mater § i.vers. venio ad determinationem &c.ff. de vul

16 gari & pupil.Soci.d. consi.xl. Quod consilium inter Curtii consilia reperii, • Prę sertim dum ipse inquit qñ vocatur familia vel agnatio,agnati non censentur vocati

17 in quorum persona agnatio finienda est, • Accedat prædictis quia fideicõmissum reuocatur quando res deuenit ad casum quẽ verisimiliter noluisset comprehendere testator vtputa si superueniat inimicitia vel alia hmõi causa Bal.in.l.fideicõmissum.C. de fideicõmis.l.iii.ff.de adimen.lega.Quapropter in casu nr̃o qs negaret testatorẽ võluisse filias suas in successione filiabus.D.Iulii p̃ponere?Cõsulo igit̃ ipsum.M.D.Iuliũ ius nullum ad dicta bona vel in bonis hmõi vigore testamenti prædicti habere.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

Petitio

1 Petitio generalis & incerta sebsequentem sententiam nullam reddit quando à parte id opponitur.& nu.3.
2 Sententia potest libello esse disformis,& sine litis contestatione ferri quando causa summatim de plano sine strepitu & figura iudicii cognosci debet.
3 Sententia certa & nonnunq̃ incerta quando ferri possit.
4 Statutum abreuians instantiam, atq; iudici pœnam imponens nisi ferrat infra tempus sententiam, non reddit sententiam nullam, dummodo fuerit dicta infra tempus iuris communis.
5 Semiplena probatio sufficit in probatione consuetudinis quando incidenter consuetudo in probationem deducitur.
6 Sententia lata post lapsam instantiam a statuto præfixam nihilominus valet quando propter multas dilationes id euenit.
7 Legatum factum sub dictione vniuersali, omnis, si de re vna communi fiat tota debetur, secus si de rebus plurium communibus fiat, testatoris tum sola portio debetur.
8 Vsusfructus rei emphyteuticæ legari potest.
9 Possidere quis iure familiaritatis præsumitur, vt delicti malæq; fidei suspitio turpis euitetur.
10 Trebellianicam hæres nihilominus detrahit licet non confecerit inuentarium.
11 In legato generali simpliciter facto res alterius q̃ testatoris non continetur.
12 Hæreditas restituta esse quando præsumatur.
13 Scientia & probatur & præsumitur ex coniecturis, & vt quis a dolo culpa & negligentia excusetur, scire creditur.

Respon. XII.

In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.


Rogatus vt quid hac in re sententiā inscriptis referam nostris paucula hæc pro veritate conscribere libuit,& quoniam dubitatur primo sententia ad fauorē Dominæ Antoniæ dicta nulla an sit, dein iniusta ne sit specialitatis ratione vel postremo iniusta vtrum habeatur ex causa nimiæ generalitatis.

1 Quod ad primam dubitationem attinet probabile satis videtur pp petitionem in certam & generalē de quibus oībus per aduersam partē oppositū fuit dictam sniam nullā esse.l.si in rem.ff.de rei.vendica.notatur.in.l.i.in prin.ff.de eden.& in.l.fin.C.de Anna.excep.notant Innoc.& Abbas in.c.cū ad sedem.de Resti.spolia.Bar.in.l.Titia cū testamento §.Lutius.el.i.ff.de lega.ii.Alex.in consil.cccxi.quartę partis &c. Secundo quia lis nō fuit cōtestata vti oportuit.c.i.vt lite.non cōtest.& snia incerta prolata est.cōtra.§.curare.insti.de actio.l.i.cum ibi notatis.C.de senten.q̃ sine cer. q̄ti.profer.non enim declarat sententia vel processus quę prædia tpe testamenti ex colerentur,& quæ eodē tpe pet.D.Florianum possiderentur.Ad ea tm̄ generaliter & indefinite snia refertur, Et qm̄ iudex sup omnibus petitis sniam minime protulit contra notata per Bar.in.l.i.C.si aduer.Rem iudica.&.l.in hoc iudicio.ff.famil.herc. Neq; in ꝓcessu istius causæ obseruati sunt termini statuti nr̄i positi sub rubrica de cā & causis in qbus ordine ꝓcedi debet.Item pp lapsum instantię triū mensiū à statuto præfixę sub rubrica.de instantia causæ sententia nulla est, vt notatur in.l.properan. in principio.C.de iudi.

His Enimuero nō obstātibus cōtrariā partē vti veriorē decentioręq; defendere curaui ne qdē proximę rōnes uero nobis refragari visæ sunt, qn̄qdē oībus vna sit gn̄alis Responsio,vz vt ipę fūdatę sint i regulis positiui iuris,nō āt iuris nālis,vel gētiū,qbus regulis iuris positiui p̄sens hęc nr̄a cā nō subiicit,tn̄ pp statutū sub rubrica.in qbus,causis

extraordinem.ꝓcedi.possit,quo fuit dispositum si voluntas vltima aliqua seu testamentum exequutioni mittatur pro legatis in eo factis procedi possit & debeat sine libello solemni,litis contestatione,& aliis iudicioꝝ solẽnitatis summarie, de plano,sine strepitu,& figura iudicii,factiq; sola veritate inspecta,Quę verba statuti operantur generaliter,vt sententia,atq; iudicium non subiaceat regulis iuris ciuilis seu positiui,sed naturali tñ iure,vel gentiũ contineatur,quod Bar. Docuit in extrauagan.ad reprim. Versi.figura &c.Ias.in.l.certi conditio § Si nũmos.col.vii.ff.si cer. pet.& in.l.vinum. col.xiii.co.tit.Ioan.mona.in.c.fina.de hære.lib.vi.Cardi.in cle.ii.de iudiciis.& in cle. sæpe.de verb.significa. Alex.in.l.si ita stipulatus § Grisogonus.col.vi.&.vii.vers.vno tñ casu &c.ff.de verb.obliga.Idem in consil.vi.lib.iii.vbi hoc in terminis expresse di

2 cit,& est cõpertum. ✠ Quotiens cognoscenda est causa summarie,& modo prædicto,non oportet,vt sit libello sententia cõformis norant moderni in.d.l.vinum .ff. si cer.peta.neq; litem cõtestatã fuisse, tunc exquirimus.Imo.in.c.olim. de Accusa. Bar. in auc.si oẽs.C.si vt se.ab hæredi.absti.Doctores in Clem.Sæpe. de verb. significa.libellus eo casu generalis.incertusq; æditus iuste recipitur.Bar.in dicto loco.in extrauaganti. ad reprimen. Neq; his, quę modo de generalitate & incertitudine libelli diximus Alex.contrarius fuit in consil. xxxii. versi. & debuit &c.lib.iiii.vbicunq; obligatio contracta est ad inceitũ tali incertitudine,quę obligationẽ non viciat, petitio tũc incerta secundum naturam obligationis probe admittitur ſm.glo. Arct.& Doc. in. §. curare.Insti.de Actio.per §.ibi proxime sequentem,sed nemo dubitat quin obligatio testamenti de vsufructu prædioꝝ relicto valuerit q̃uis sub incertitudine aliqua legatum huiusmodi factum videretur,ergo valet etiã libellus, siue petitio, quæ iisdem verbis,quibus legatum vsusfructus relictũ fuit concepta est,Minusq; obstat de incer

3 titudine sñię obiectio mota. ✠ Et si debeat ferri sñia certa ac indubitata alioquin nulla foret,hoc idem veꝝ esse reor vbi incerta dubiaq; reicitur petitio,at qñ generalis in certa petitio admittitur,sententia catenus certa subsequi debet quatenus probatio fuit certa facta,alias incerta sententia sufficit,quæ postea in executione eiusdem declarari valeat,iudex enim proferre sententiam certam quantum ei possibile sit non alias tenetur, vt notatur.in.d §. curare.& glo.in.l.quid tamen.§ Pomponius.versi.in certam.ff.de Arbitris.Bal.notabiliter in.l.q̃q̃.in.ii.oppositione.C.de senten.quæ.sine cer. quanti. profe. Abb. Imola. in.c. Auditis. super. glo. fi. de procurator. vel aliter Resondeo ꝙ sententia ista si incerta est solum incertitudinẽ habet quo ad exceptiones vel quo ad ea,quę habent vim exceptionis a' generalitate sententiæ,nã illa verba testamenti,de prędiis per Ioannem possessis tempore testamenti &c. Vim exceptionis habent vt a' generalitate sententiæ excipiantur prædia, quæ Ioannes non possedit testamenti tempore, cæterum quando exceptio vel id,quod habet vim exceptionis a' generalitate sententiæ incertum est, tunc non vitiatur sententia in illa exceptione incerta , immo potest certificari etiam ex pluribus non productis secundum doct. in.c. cum venerabilis. de excep. maxime Fili. ibi.col. xvii. versic. circa secundam opposi.

Aut alio modo expeditius rñdeo sñiam hanc certã indubitatãq; reddi ex actis ꝓbatoriis,de qbus in ꝓcessu præsertim ex testimonio vitalis & dominici necnon Bernardini testium

Testium examinatorum,& ex pluribus capitulis dicti vitalis,de quibus in processu.
4 Quod aute de lapsu instantiæ obiiciebatur minus obstat. ✱ Quonia Statutum pręfigens instantiam,iudici penam imponit si causam non expediet infra tempus præstitutum,quocirca pena illa sufficit,nec habet tunc locum nullitas sententię dummodo infra tempus fuerit dicta infra quod ius comune dici iubet Alex.in.d.l.properadum in prin.C.de iudici.fili.in.c.Venerabilis.col.vi.versi.limita primo.de iudi.post Ioan. Andre.in adi.Specu.in tit.de.iudi.in § Restat &c. Imol.in.c.de causis.de offi.delegati,vel aliter Respodeo,quia præsupponitur q deductis diebus,quos Domina Antonia allegat deducendos de iure,vsu,stilo,vel consuetudine,instantia non erat elapsa,nec obstat si negatur consuetudinem fuisse probatam,satis enim probata videt vt ex inspectione contestium liquido constat,& quanquam obiiciatur testes non deposuisse super eisdem actibus,neq super cursu decennii ante sententiam non hæc tn obstant vnus saltem ex his testibus videlicet Robertus pasinus deponit de tempore viginti annorum & vltra quare computatione facta apparet per. x. annos & vltra
5 ante sententiam consuetudinem illam floruisse. ✱ Satisq isto casu vnius testis dictum probat,consuetudo nanq ista non principaliter sed incidenter deducitur,& quotiens deducitur consuetudo incidenter sat est semiplene probare,quin potius nullam tunc requirimus probationem,sed solum sufficit de illa iudicem per se ipsum inquirere ita tenent Petrus.& Cinus in.l.ii.C.quæ sit.longa consu.& licet illam opinionem improbet Bar.ibi regulariter loquendo nihilominus verissima est opinio in consuetudine notoria,vt nominatim Sali.edixit in.l.i.col.x.&.xi.ver.quæro an semper sit necesse &c.C.quæ sit.lon.consue.& Albericus.de rosa.in Repe.rubr.eiusdem tit.col.xviii.&.xix.Vbi hoc ampliat quando cosuetudo esset circa ordinationes causarum,quæ quotidie tractantur & ignorari ab his,qui illas agunt dedecus est,vtputa si sit cosuetudo in causis criminalibus,vel aliqbus aliis summarię procedi,aut diebus feriatis,vel tempore quadragesimali,idcirco cum ista consuetudo,de qua agitur circa instantia & pcessum causaz versef & sic notoria sit his,qui eas agunt,non abre erit dicere q iudex potuerit de ea allegata per se ipsum inqrere sine pbatione aliqua
6 saltem plena p superius dicta. ✱ Præterea potest respoderi et si causa pp multas dilationes infra tepus statuti expediri nequiuerit,tu valet snia postea lata vt notat Ias.in .l.properandu.in princ.col.vltima.C.de iudi.Vbi Allega.Bal.in.l.si cu ipse.ff.de excusatione.tutoz.et Cinum.in.l.i.in vltimis.fi.qonibus.C.qui accusare.no possunt. & Panot.in.c.penult in.v.q.de iudi.Aut responderi potest,vbi est dubium de peremptione instantiæ tunc sententia lata extra instantia valet secundum Iasonem.d.l. properandum.in prin.col.fina.versi.iiii.limita.&c.vbi allegat.Bal.in auet.Clericus .C.de Episcopis.& cleri.& in.l.Superuacuam.C.de teporib.in integru.Restitutionis peten.sicq placet sententiam prædictam validam ac firmam haberi.

Circa secundu dubium,quo quæritur vtrum sententia rone nimiæ specialitatis iniqua sit,prima facie videtur no inmerito iniqua dici,per eam enim codemnat iudex hæredem vsufructum medietatis oium prædiorum positorum in villa & loco sancti Ioannis Dnæ Antoniæ præstare cum vsufructu medietatis domoz inibi existetiu tentaz & possessaz per ipsum testatore tpe quo testamentu factu fuit,q restrictio posita in

illo. versi.tentarum & possessarum, deuiare videtur à generalitate testamenti, in quo le gatur vsusfructus medietatis oium prędiorum positorum in villa & loco prædicto ac me dietatis domorum inibi existentiū sine illa restrictione tentarum & possessarum per ipsum testatorem tempore testamenti &c. Et sic videtur ꝙ legati generalitas comprehēdat medietatem oium prædiorum & domorum in dicta villa & loco existentium etiam aliorum & ab aliis q̄ ab testatore possessorum, in totum vel pro parte, per Doctrinam Bal. in .l.i.ff. de statu.hominum. & in rubri.C. de verbo . significa. ibi inquit ꝙ etiam si in legato huiusmodi appositum sit pronomen meum &c. non tamen restringitur quominus cōtineat res etiam alterius, & dat exemplum in grege donato & in legato omnium bonorum ad quod facit.l. Iulianus.ff. de lega. iii. vbi dictio omnis operatur non debere legatum restringi ad res, vel partem testatoris sed indistincte intelligi. Nō hęc tamē proxime aducta sententię nostrę aduersari quoquo modo possunt at quia ipse opinor sententiam nullo pacto hanc esse iniquam quia illa dictio omnium prædiorum &c. Non debet operari ꝙ intelligatur etiam de prędiis alienis atq; minus ob

7 star. d. l. Iulianus. ✱ Illa sanè procedit si dictio omnis ad rem vnam referatur tunc intelligitur idest totus & comprehēdit totam rem quamuis pro parte eadem res aliena sit secus quando refertur ad res plures eo casu pro dictione, totus, nequaquam resoluitur sed in copulam singula enumerantem, sed si singula fuissent enumerata de parte testatoris solum intelligeretur. l. Serui electione § fina. ff. de lega.i. ergo &c. Differentia hæc expresse habetur ex notatis per Areti. in § finali. insti. de iure. natura. gentium & ciuili. nec obstat Doctrina Bal. in locis supra relatis ipsa quidem doctrina falsa est, & minime recepta, vt notat Iason. in .l. grege. ff. de. lega. i. per tex. & Bar. ibi in .l. ii. in fine. ff de rei. uendica. aut dixerim doctrinam. Bal. forsitan procedere quādo est vniuersale legatū hoc est cōtinēs vniuersitatem vt in grege, peculio, hæreditate, & simil. secus qñ vniuersalis dictio omnia &c. Refertur nō ad vniuersitatem sed ad particularia vt eū testator dixerit oia prędia quæ excolūtur in tali loco, & villa cōsita quare cōcludo dictam sententiam non esse iniustā ex causa nimię restrictionis quia legatū nō intelligitur ēt de alienis prædiis in totū, vel pro parte.

Aliud postremo subsequit̃ dubiū an dicta sñia rōne nimiæ generalitatis iniusta extimetur pro veritatis enucleatiōe in facto nobis proponit̃, quędā bona testatore in dicto loco & villa possedisse quorum quædam in totū dicti testatoris fuerūt, acquisiuerat ipse aliunde, & ex opera sua q̄ ex successione parentū, & in his vel nulla, vel modica vertitur difficultas, quædam vero sunt bona in loco eodem quæ antea fuerunt prædecessorum parentum de domo & agnatione ipsius testatoris in quibus difficultas aliqua esse potest: Allegatur in primis pro Ioāne hærede testatoris ꝙ ista bona fuerunt olim cōmunia inter Laurencium patrem testatoris prædicti, & Benedictum fratrem dicti Laurentii & ex dicto Laurentio remanserunt tres filii videlicet testator prædictus, Hieronymus, & Petra eorum soror qui Hieronymus postmodū decessit supstitibus. D. Testatore, & Petra, fratribus ideo videt̃ prima facie ꝙ successerit defuncto fratri soror Petra vna cū alio fratre testatore per cōsequens videt̃ respectu portionis sororis in successione dicti Hieronymi fris nō possit dici illa bona testatoris fris fuisse, item Benedictus fr̃ Laurentii decessit superstite Ludouico eius filio, quem in suo testamen

to de quo in processu hæredem instituit, & quandocunq; ipse Ludouicus moreret, sine filiis prædictum testatorem nostrum substituit, quæ substitutio effectũ sortita est cum dictus Ludouicus sine filiis decesserit, vt in processu apparet quoniam tamẽ ipsi Ludouico superstites quædam sorores remanserunt, quibus hæreditas dicti Ludouici ab intestato de lata fuit videtur ꝙ eis portio dicti Ludouici vel saltem trebellianica & legitima ex persona ipsius Ludouici debeatur iuxta ea, quæ habentur in.c. Rainaldus & in.c. Rainutius. de testa. & per hoc redditur difficilis hęc consultatio, Itẽ proponitur ꝙ alia petia terræ aratoriæ tornaturarum quinquaginta posita in dicto loco & villa de qua in testamento est emphiteutica, & de iure emphiteutico cuiusdã ecclesiæ, vt in dicto testamento prope finem dicitur. Quare difficultas est an eiusdem fundi vsusfructus legari potuerit, & an in dicto Legato veniat, Quamobrem vt veritas magis eluceat nonnullas conclusiones proponam, Prima conclusio sit ꝙ dicta petia terræ aratoriæ tornaturarum quinquaginta in loco & villa prędicta, legato medietatis vsusfructus prædiorum, quæ excoluntur in loco eodem complectitur, neq; huic obstat ꝙ iuris emphiteutici sit iuxta notata per Alex. in.l. ꝙ in rerum. ff. de lega. i.
8 & Areti. in §. non solum. insti. de lega. ✠ Ipse nanq; respõdeo verius esse vsumfructum rei emphiteuticæ recte legari Bal. in.l.i. ff. quibus. modis. vsusfru. amit. & Alex. consil. cx x.i. lib. incipiente super eos &c. in fine nimirum ergo si etiã dicta petia terræ emphiteuticæ in legato vsusfructus venit. Secunda erit conclusio ꝙ dicta Petra dimidiam partis bonorum spectantium ad.d. Hieronymum fratrem prędefunctum habere debet nec huic contra est si dicatur ꝙ non constat Hieronymũ pro parte sua adiuisse, ideo eam non transmitti ad hæredem sororem, sed tota accreuerit parti dicti testatoris fratris cohæredisque, Respondetur ex quo Hieronymus in potestate patris fuerat tempore, quo eius pater moritur sicut testator noster, ideo trãsmittit portionem suam ad hæredes q̃uis illam adiuisse non cõstet vt per Bartolum post Cinum. in.l.i.C. si vt se ab hæreditate abstineat. & in.l. ventre. ff. de acquirenda hæreditate per.l. liber homo § i. ff. de stipula. seruorum. cum similibus. Sequitur Ias. in.l. emancipata. C. qui admitti. Quamobrem pro dimidia ad testatorem fratrem & pro alia dimidia ad Petram sororem bona Hieronymi prædefuncti fratris transmissa intelliguntur, quæ transmissio ius accrescendi impedit ne scilicet in totum testatori nostro fratri bona accrescant Bal. in.l. iii. C. de hæredi. instituen. per.l. si fratris. C. de iure deliberan. assentior tñ ex quo ipsa est hæres extranea transuersalis dicti Hieronymi sui fratris, nisi constaret eam adiuisse, mortuaq; fuisset per tempus longius q̃ vnius anni post mortem Hieronymi non transmisisset iuxta ea, quæ habentur in.l. cũ antiquioribus. C. de iure. delib. Sed hoc ꝙ mortua fuerit & post.d. tempus non præsumo ex quo id probatum non reperio, non enim facta nisi probentur præsumi solent. c. i. de constitu. lib. vi. facit.l. ii. ff. de probatio. Alia denique conclusio erit prædictis firmis manentibus sorores Ludouici ad quas vti proximiores transmissa est hæreditas patris.d. Ludouici siue adita siue non adita per ipsum Ludouicum fuerit ratione suitatis vt supra, & quia onus dicti fideicommissi præstandi testatori nostro post mortem ipsius Ludouici iniũctum censetur Trebelleanicam in.d. bonis subiectis fideicommisso detrahere debent Bat. in.l. qui duos. ff. de vulga. & pupil. Quem

refert ac sequitur Alex.in.l.centurio.col.xxiiii.versi. sed hæc responsio &c.ff.de vul-
ga.& pupil.Areti.in.l.i § substituere.col.v.versi.sed creditur &c. eo.tit. sed eisdem
legitima non debetur cum nulla in bonis.D.Ludouici legitima eis sit debita neq; ex
persona ipsius Ludouici eam detrahere possunt ex quo non Ludouicus sed eius hæ-
redes rogati videntur,vt in locis prædictis patet maxime per Areti.d.§.substituere.nec
obstat si diceretur non constare Dominam Petram & Ludouici sorores adiuisse
& aditio in his hæredibus qui sui non sunt nequaq̃ præsumitur notatur in.l.si cũ do-
tem § transgrediamur.ff.solu.matrim.Responderim potuit eis sufficere ꝙ debeant
.d.partes bonorum vt infra dicetur,Item non obstat si testator noster.d.bona in to-
tum possederit,quoniam hoc solo Dominium non excluditur vel saltem debitum
sicq; per hoc non infertur,ꝙ dicta bona pro partibus prædictis non sint prædictorũ
9 vel saltem eis non debeantur. ✱ Præsertim cum præsumendum sit testatorem no-
strum iure familiaritatis.non autem pro suo possedisse, quod maxime procedit ad
præsumptionem delicti & malæ fidei vitandam ne alterius partem scienter pruden-
10 terq; pro suo detineret.l.merito.cum similibus.ff.pro socio. ✱ Non obstat præte-
rea ꝙ inuentarium per Ludouicum vel eius hæredes minime fuerit cõfectum hoc.n.
detractionem trebellianicæ non impedit secundum Alex. plene consil.lxvii.lib.iiii.
Idem Alex.& Ias. tradiderunt in.l.marcellus.ff.ad treb.neq; apparet lapsum esse tẽ-
pus celebrationis inuẽtarii,qđ nisi à die aditę hæreditatis currere incipit Cor.cõs.xxii.
lib.ii.& in consi.ccciii.lib.i.l.fi.C.de iur.deliberandi.Quarta est cõclusio ꝙ portio præ
dicta pertinens ad Dominam Petram & dicta trebelleanica spectans ad sorores di-
cti Ludouici ipsius hæredis non est subiecta,neq; legato.d.vsusfructus comprehendi
tur,quod legatum in testamento de quo nunc agimus per testatorem relictum fuit.
11 ✱ Sic enim in legatis quibuscunq; regulariter ne dum pars alterius, sed alteri quoq;
debita exempta creditur q̃uis legatum absq; commemoratione illius prænominis
meum relictum sit iuxta tex.cum ibi notatis in.l.serui § cum fundus.qui est § fina.ff.
de lega.i.l.qui concubinam § qui fundum.ff.de leg.iii.facit.l.ex facto la.ii.ff.de hære.
instituen.vbi institutio in rebus prouincialibus & Italicis non cõtinet omnes res pro-
uinciales,atq; Italicas,sed tantum quæ testatoris sunt in illis locis. est .l. omnium. la.ii.
cum glo.ff.de vsufructu. Areti.consi.xl.incipiente præsupponitur in facto.in versic.
nec videtur valere distinctio Bal.&c. tanto magis hoc est dicẽdũ in casu isto in quo
apparet testatorem voluisse.d.legatum de bonis suis tantum facere,vt patet ex præ-
fatione testamenti vbi dr̃ volens de bonis suis disponere &c.vnde testatoris mens
rectè perpenditur.l.fina.ff.de hæredib.instituen. quæ etiam præfationes censentur
repetitę in sequentibus.l. titia. §. idem Respondit.ff.de verb. oblig. & præcedentia
sequentia declarant,& è cõtra.l.qui filiabus.in prin.ff.de lega.i.l. si seruus § fina.eo.tit.
quod habet etiam locum si illa ex interuallo præcesserint, vel secuta fuerint testamẽ-
tum, vt per Bal.in.l.precibus. col. iii. C. de impuber. & aliis substitutionib. Barto.
in.l.i.in prin.col.pen.ff.de vulg.& popi.Imo.in.c.Rainutius in materia pupil.subst.de
testa.quod multum sententiæ nostræ congruere visum est,quoniam.d.testator ante
testamentum suum vxori eius prædixit se ei velle relinquere medietatis vsumfructũ
prædiorum suorum, quæ excoluntur in.d.loco & villa vt ex dictis testium mani-

festæ

festæ comperimus, quæ verba non medioctiter quidem conferunt ad mentem testa
toris interpretandam in.d.legato facto etiam ex interuallo vt supra. Quinta conclu-
sio erit ꝙ deducta parte dñæ Petræ, & trebellcanica hæredū dicti Ludouici exceptisq;
tertis alienis, quæ in dicto legato non veniunt vt supra, reliqua prædia Aratiua in di-
ctis locis existentia, quæ fuerunt dicti testatoris tempore quo testamentum fiebat ra-
tione dominii directi vel vtilis, vel quasi veniunt in legato vt dictæ Antoniæ legata-
riæ vsusfructus medietatis prædioꝝ debeat̃, & qđ diximus tpe testamenti ꝑdia fuisse
dicti testatoris ꝑbatur.in.l.si ita. cum ibi notatis.ff.de auro. & arg. lega. quod vero
diximus rōne directi dñii, aut vtilis vel quasi patet ex notatis per Bar.in.l.v. §.argēto
.ff.de auro. & arg. leg., & ex aliis quę supra diximus, Diximus ēt dñæ Antoniæ vsum
fructum medietatis prædioꝝ deberi qđ in testamenti verbis apparet ex quo sequit̃
in specie ꝙ in partibus ꝑdioꝝ, quæ erant tunc testatoris vsusfructus medietatis eoꝝ
debet̃ p doctrinam Bar. & Pauli cast. & alioꝝ cōiter in.d.l.serui electione §.fina.ff.de
lega.i.dum dicunt ꝙ sicut qñ legat̃ res cōis censetur duntaxat legata pars testatoris
& sic ius solum qđ hēt in ea, ita si legatur dimidia eiusdem rei cōis dicemus dimidiā
suæ partis duntaxat relictam fuisse rōnibus de qbus ibi per eos: Nec aduersat̃ si qspiā
obiiciat ꝙ immo non venit pars in tali legato, quæ olim Ludouici fuit ēt vltra trebel
leanicam, illa nunq̃ fuit testatoris nr̃i ex quo non constat ꝙ ei ex fideicōmisso restitu
12 ta fuerit. ❁ Quia Rñdeo satis ei restitutam intelligi cum ipse possederit illam post
Ludouici mortem scientibus & patientibus hæredibus. D.Ludouici.l.restituta. & ibi
notatur.ff.ad trebel.non obstat æque si dicatur hoc esse nō potuisse, qm̃ minime ap-
paret testatorem nr̃m illius fideicōmissi scientiam habuisse illud ideo agnoscere non
potuit, & notat Cor.cōsil.ccxcviii.lib.i. Ipse Rñdeo hoc casu scientia fideicōmissi sa-
tis præsumi ne in delicto videatur fuisse tenendo possidendoq; res illas eaꝝ fructus
13 capiendo si nesciuisset illas iure fideicommissi ad se pertinere, ❁ Scientia nanq; &
præsumit̃ & ꝑbatur ex coniecturis, vt Raf.cōm.placuit cōsil.lxxvii.& cōsi.cxlvii. sed
hæc est coniectura in iure validissima quin potius probatio fortissima, vt quis delin-
quere velle non ꝑsumat̃.l.merito.ff.pro socio.cum simili. Ideo &c. & scientia ꝑsu-
mitur, vt quis nō solum à delicto & dolo, sed ēt vt à culpa & negligentia excusetur,
ideo præsumitur scientia alieni facti vbi tenebatur quis de veritate inquirere ne aliter
præsumendo videatur fuisse in culpa, aut negligentia.c.ad falsariorum, & ibi nota.
de crim. fal. & in.c.innotuit de electione.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 In vulgari aut pupillari substitutione simpliciter facta non subintelligitur conditio illa si sine li-
beris decesserit hæres.
2 Fideicommissum inuicem inter fratres simpliciter factum in altero pure in altero sub conditio-
ne factum esse quando intelligatur.
3 Fideicommissum iniunctum simpliciter filio & extraneo hæredibus, subintelligitur conditio
si sine liberis decesserit &c. in filio tamen non autem in extraneo.
4 Præsumptio ab vnitate sermonis dependens cedit præsumptioni, quę ex mēte testatoris sumit̃.
5 Conditio illa, si sine filiis decedant &c. iniuncta expresse filiis in vltima substitutione fideicom-

missio grauatis in prima quoq; repetita an intelligitur. & nu. 7.
6 Testator de liberis in omni parte testamenti cogitasse dicitur quando illorum in parte aliqua testamenti semel dumtaxat meminit.
7 In substitutione secunda liberorum mentio facta an in prima substitutione repetita videatur.
8 Repetitio non est facienda quando difformiter operaretur, & in repetito casu plus adderet.
9 Fideicommissum relictũ cum vulgari & pupillari substitutione regulatur secũdũ illarũ naturã.

Respon. XIII.

Redemptoris nostri humiliter Implorato suffragio.



Votidiana nobis oblata est quæstio vtrũ filiis duobus à patre institutis hæredibus inuicemq; vulgariter pupillariter & per fideicõmissum substitutis subintelligat cõditio illa si sine liberis decesserint, licet testator mentionẽ
1 nullam de eis in tali substitutione fecerit. * Quamq̃ in pupillari & vulgari substitutione conditio huiusmodi minime subintelligenda sit vt est. glo. quam ibi doctores omnes sequuntur in. l. generaliter § cum autẽ. C. de institutio. & substi. sub con. fact. Attamen videtur dicẽdũ in substitutione fideicommissaria hanc clausulam seu conditionem ex coniecturata testantis voluntate subintelligi oportere. l. cum Auus. ff. de condi. & demonstr. l. cum acutissimi. C. de fideicom. quibus etiam iuribus locum fore videtur quando fideicommissaria substitutio sub eadem determinatione cum vulgari & pupillari fit vt in casu nostro, nec obstat ratio æqualis determinationis ex quo inter has substitutiones seu determinabilia ratio propemodum diuersa traditur, ideo inæqualis est determinatio facienda, ita q; vnumquodq; secundũ naturam & rationem suam determinari debeat. l. cohæredi § qui discretas. ff. de vulg. & pupil. l. si ita scriptum. ff. de mili. testa. § hinc nobis. in auc. de hære. & falci. facit dictum Imolę. Quem sequitur Soci. in. l. cum Auus. col. xxix. ff. de cond. & demonst. &
2 in. l. hæredes mei § cum ita. ff. ad treb. * Vbi voluit q; si duo filii grauati sint quorũ alter propter ætatem filios habere non potest, tamen in alio qui filios potest suscipere subintelligitur conditio si sine liberis decesserit arg. l. ex facto. in prin. ff. de vul. & pupil. Neq; his aduersatur. l. iam hoc iure. eo. tit. de vulg. & pupil. Ipsa nanq; loquitur quando sunt duo determinabilia in quibus diuersa ratio nõ est per oĩa sed quo ad quid ratio inest eadem videlicet quo ad vulgarem, & quo ad quid diuersa ratio est scilicet quo ad casum pupillarem, ideo tunc dispositio Restringitur vt prouisum dũtaxat dicamus in casu vbi eadem est ratio ne determinatio inæqualis fiat, secus vero vbi per omnia ratio diuersa in his redditur, diuersimode tũc quidẽ determinari debebunt per iura prædicta, & ego alias dixi in. l. in testamento. C. de milita. testa. quod
3 sentit Are. in. d. § qui discretas. & idem Cacialup. approbat. d. l. in testamẽto. * Vbi inquit quando substitutio fideicommissaria facta est simul & filio & extraneo illa cõditio de qua in. d. l. cum Auus. subaudietur quo ad filium non sic quo ad extraneum.
4 * Et quia præsumptio ab vnitate sermonis sumpta præsumptioni, quæ ex testatoris mente sumitur cedere solet. d. l. in testamento. in fine. C. de mil. testa. quod voluit Soci. in. d. l. cum Auus. col. xxix. Sed præsumptio de qua in. d. l. cum Auus. ex mente testatoris esse creditur & valde vrgens, igitur debet habere locũ nõ obstante sermonis

prædicti

prædicti vnitate confirmatur, Præterea istud quando secundum regulas iuris duæ sunt diuersę determinationes non tamē de necessitate tunc fit ęqualis determinatio secundum illius naturam cuius est pleniot interpręratio.l.i.§.si sit filius.ff. de coniun gen. cum emancip. liberis. Atgum.l. qui patri.ff. de acquir. hæred. faciunt notata per.Bar. in.l.iiii §.Cato. in.iiii. opposi. ff. de verb. oblig. Idem censuit Soci.in.d.l. cum Auus.col.xxix.&.xxx. Verum ista determinatio si sine liberis decesserit ex voluntate Testatoris inest, quoniam in eodem testamēto de liberis filiorum cōmeminit per consequens de illis in hac etiam parte cogitasse videtur secundum. Alex.cōsi.xxxi.lib.iii.per.l.qui filialibus.ff.de leg.i.& quo ad eam testatoris voluntatē fideicommissum pinguius est.ergo &c.Hæc tanto magis vera visa sunt si Socinum sequamur in.d.l.cum Auus.col. viii. &.ix. versiculo ex prima conclusione & col. xi.&.xii.versi.tertio vero casu &c.qui Rationibus subtilissimis defendere videtur, q̄ .d.conditio.l.cum Auus.Vendicet sibi locum tum in vulgari, tum etiam in pupillari substitutione hoc est vigore illarum legum existentia liberorum ipsius cui substitutio facta est, faciat cessare substitutiones prędictas, tunc sine dubio longe magis in fideicommissaria substitutione fieret subauditio, nam non obstaret sed concurreret ra

5 tio parisormis determinationis. Quinimmo dispositio.d.l.cum Auus.multo fortius locum habere videt, quando in alia substitutione immediate sequenti facta post mortem vtriusq; hæredum testator dictam conditionem si sine liberis decesserint &c.expresse apposuerit, vti in casu nostro factum satis cernimus sic enim in substitutione prima vbi hæc conditio minime expressa sit subaudiri debet per ea,quæ voluit Bar.in.l.Scię §.Gaio.ff de fun.instru.per.l. Iulius Paulus &.l. Iulius noster. &.l.cum Seruus.ff. de condic.& demonst. Diciq; solet testamenti partem ab alia parte declarari oportere.l.qui filialibus.l.si Seruus plurium.cum similibus.ff.de lega i.

Confirmatur hæc magis opinio posteaquam vtrosq; testator hæredes inuicem vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit adiecit illico substitutionem alteram in hæc verba videlicet & casu quo decederent in pupillari ętate vel postea quandocunq; sine filiis legitimis & naturalibus substituit eisdem. D. Iuliam itaq; in hac substitutione vltima in persona vtriusq; hæredum conditionem illam posuit si sine liberis decederent &c.quod quidem vanum atq; inane foret si testator primam substitutionem habere locum voluisset etiam primo moriente cum liberis, quia tunc in secunda substitutione fuisset superfluum dictam cōditionem in persona amborum hæredum iniūgere, sat illi fuisset in altero tantum qui nouissime moreretur illam apponere ne idcirco conditio ista inaniter sit posita in hac substitutione secunda interpretabimur, vt eam subaudiri & repetitam in prima intelligi testator voluerit per superius dicta.

Prædictis veruntamen minime refragantibus cōtrarium proculdubio verius esse censeo, quin potius reor primam substitutionē simpliciter, vti illam testator ptulit, absq; subauditione conditionis filiorum intelligendā, In primis itaq; præmisso aduersus præsumptionem de qua in. d.l.cum Auus.& in.d.l.cum acutissimi.Admittitur probatio ex coniecturis præsertim qn̄ summus in casu in quo æquitas cessat in qua illarum legum præsumptio fundatur, quæ æquitas est q̄ si cogitasset de liberis talem substitu

tionem sine commemoratione liberoꝝ nequaquam fecisset.d.l. generaliter § cum autem.C.de insti.& substi.ꝙ item probatio contra d.præsumptionem recipiatur tenet Barba. in Repeti.l. cum acutissimi. C. de fideicommis. Quem late prosequitur Soci. in.d.l. cum Auus.col.xl.cum tribus sequentibus columnis, saneq; maxima probatio illa extimatur quando testatorem de liberis cogitasse cõstat, nam si tũ substituit non facta mẽtione liberorum non faciunt ipsi fideicõmissum deficere, quod verum adeo putatur vt etiam dixerimus si testator sciebat se habere nepotes ex filio natos filiumq; instituerit per fideicommissum rogans de hæreditate restituenda non adiecta clausula illa si decesserint sine liberis &c. Nepotes postea nati fideicõmissum euanescere non facient constat etenim eo casu de nepotibus testatorem præmeditatum esse ideo cessat æquitas propter quam talis conditio liberorum in ea substitutione psumebatur si quidem de liberis cogitasset substitutionem hanc minime fecisset istam sententiam tenet.Barba.in præallegato loco & Soc.in.d.l.cum Auus.col.xlvi. vsq; ad col.li.ibi ipse inquit se ita alias consuluisse ratione multa, vt per eum, atq; cõsilio suo se se subscripserat Bal.nouelus. & ꝙ Alii ꝗplurimi illustres iureconsulti idem consuluerant si igitur nepotes nati, quos verisimiliter testator magis dilexit, non excludunt substitutum ex quo de eis testatorem cogitasse apparet, & sic cessat Ratio.d. § cum autem, cum similibus multo fortius hoc idem dicendum est in nascituris liberis, ad quos affectio esse non potest, sicut quando de eis cogitasse testatorem cõstat, vt quia illorum in alia parte testamenti meminit, merito cessat dictæ æquitatis ratio, & sic prædicta præsumptio exolet, non planè desides negligẽtesq; lex iuuat qui de liberis cogitauẽt eos veruntñ a substitutione de alio facta nõ exceperũt.l. pupillus.in fi. ff.de his.quæ.in frau.credit.ita in casu nr̃o accidit ꝙ in substitutione secunda liberorũ existentiũ conditio excepta fuit, sicq; de eis cogitauit.
6 ● Dicit̃.n.de liberis cogitare cũ illoꝝ mentionẽ in alia parte testamenti etiam separata fecit vt Alex.in.d.cõsi. xxxi.lib.iii. habetur in.l. qui filiabus.ff. de lega.i. Quare si illas à prima substitutione nõ exemit prima substitutio locũ habere debet nõ obstantibus ipsis liberis qđ firmatur ẽt per tex.in.d.l.generaliter § cum autẽ.in illis verbis, nulla liberoꝝ ex his procreandorum adiectione addita & sic vult quotiẽs esset liberorum procreandorũ facta mẽtio ꝙ illa lex cessaret quia si exprimerent̃ excipiendo eos in prima substitutione nõ opus esset excipere illos p præsumptionẽ illius.l.cum alibi cõstat de illis cogitasse & eos nihilomagis excepit quoniã exceptos esse noluit. Quam sñiam probamus ex his q̃ in simili tradit Bar.in.l.Titia §.Imperator.ff.de leg.ii.& Soci.cõs.cxlvi. & idem in.l.si.in prin.ff.Solu.matr.vbi de donante qui cogitauit de liberis, item facit quod notat idem Soci.in.d.l.cum Auus.col.xliiii.vbi cogitatio liberorum etiam in genere præsumptionem dictę.l.cum Auus.delet atq; tolit, Alio etiam modo seu ratione p̃sumptio.d.§. cũ aũt qđ sit.
7 ● Si testator duas substitutiões fecit & in prima de liberis nullã habuerit mentionẽ in secũda vero liberos meminerit nõ sanè in prima liberorum mẽtio subintelligitur, expressisset qdem in prima liberos sicuti in scda qñ hoc ei placitũ fuisset de hoc est elegãs doctrina Raph.com.in quodã suo cõsi.relato p Soc.in consi.ii.existente inter cõsilia Curtii.& in.l.cũ Auus.col.xxii.versi.postremo in hoc articulo.ff.de cõdi.& demõ.doctrina ẽ Bar.in.d.l.cũ Auus.ver.dicit testator

Rogo filium &c. Et quia conditio illa si sine liberis moriantur &c. posita in vno capitulo non reperitur in alio Secundũ Alex. consil. xxxi. lib. iii. quod confirmatur quia quando copula est posita inter plures orationes perfectas tunc dictum in vna
8 repetitur in altera secundũ Bar. in l. scię § Gaio. ff. de fun. instru. • Immo vbi alias repetitio facienda esset nõ fit quando repetitio disformiter operaretur & plus adderet in casu vbi repeteretur secundum Francis. Areti. consil. cxxi. Enimuero hic talis repetitio si fiat cessabit substitutio proximi Agnati quę substitutio plus est, q̃ exclusio Dominæ Iuliæ, quæ non est Agnata & p statuta nõ debet succedere ergo &c.
9 • Alio deniq; casu dictorum iurium præsumptio cessat scilicet quando fideicõmissum simpliciter fit cum vulgari & pupillari substitutione sicuti in vulgari & pupillari conditio liberorum non intelligitur ita nec in fideicommisso propter ęqualem determinationem seruandam. Cor. consil. i. incipi. circa primum, in penultima col. in simili Respondit Soci. consil. exci. incipi. licet difficultas &c. & quamuis Soci. in. d. l. cum Auus. col. xxix. & xxx. Disputando dicat, contrariũ nos posse tueri, subdit tamen & iudicando, & consulendo primam opinionẽ receptiorem esse minusq; Socini Ratio contradicit dũ inquit ibi præsumptionem procedentem ab vnitate sermonis præsumptioni a voluntate testatoris descendenti cedere. d. l. in testamento. in fine. C. de milit. test. Dixerim ipse id forsitan verum cũ testatoris voluntas manifeste probatur ita loquitur. d. l. in testamento. in fi. Ibi sed tibi probandum est &c. An ita frater tuus senserit &c. secus quando voluntas tãtum præsumitur quia tunc ei propter præsumptionem ab vnitate sermonis profectam derogatur. d. l. iam hoc iure. & d. l. q̃uis. ff. de vulga. & pupi. Reliquum est respõdere duobus obiicibus, primo traditur q pars testamenti per aliam partem interpretationem assumit. d. l. qui filiabus. ff. de leg. i. verum hic secundo testator substituens excepit liberos merito idem in prima voluisse facere dicemus Respondeo diuersitatem hanc substitutionum omnino significare testatorem recordatum etiam esse de liberis in prima substitutione sicuti in secunda fecit, & ex hoc quandoq; resultat vnus effectus aliquando contrarius, Nã vbi lex habet aliquid pro non expresso quia intelligit de illo non cogitatum, de eo facta mẽtio in alia parte facit censeri cogitatum fuisse, & venire in alia parte in qua de illo nulla est facta mentio. d. l. qui filiabus. nõnunquam vero habet aliquid lex pro expresso atq; ob id credit de eo cogitatum non fuisse & si cogitatum fuisset testator id expressisset tunc eius mentio facta in vna parte operatur, vt etiam in alia parte idem cogitatum esse intelligatur, ideo non habetur pro expresso quoniã testator id cogitans exprimere noluit. Item posset obiici quoniam testator in substitutione secunda conditionem apposuit si sine liberis decesserint &c. in persona vtriusq; hæredum & tamen si voluisset in prima vt liberi excluderentur a substituto superstite, inane fuisset in secunda substitutione. d. conditionem in vtroq; hærede instituto & inuicem prius substituto apponere, Quandoquidem sufficiebat vltimo morienti Dominam Iuliam substituere. Quare ne secunda substitutio vana futilisq; habeatur dici posse videt̃ cõditionẽ liberoꝝ & subaudiri & in prima substitutione repetitã intelligi, Repetitio. n. fit grã euitandi frustrationẽ in dispositione ẽt alias vbi. d. repetitio non fieret sm Bar. in. d. § Gaio. sed Respondeo intelligẽdo nepotes excludi

in prima substitutione non tamen inutilis est secunda ait enim testator posse contingere hæredem primum sine liberis moriturum, secūdum & sine liberis æque quocirca licet prioris morituri filii liberos excludi voluerit per patruum superstitem ex prima substitutione non voluit tamen in substitutione secunda eos.per.d.dominam Iuliam excludi quę domina Iulia non est Agnata necq; ab intestato successura propter statuta loci aduersantia.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Actio semel extincta deinceps non reuiuiscit.
2 Ratihabitio potest fieri absente & ignorante aduersario.
3 Compromissum penale si per vnā partē nō seruetur, altera pars ab eo poterit impune recedere.
4 Obligatus quid facere, sic opus perficere debet, vt postea sui culpa non pereat.
5 Fraus & dolus in opere facto, quod postea non durat quando præsumatur.
6 Celans actum a se factum si alterius intersit & dolo & culpa versari dicitur.
7 Obligatus quid facere non id quidem simpliciter facit, sed necessaria quocq; omnia, quibus effectum illud opus sortiatur, efficere debet.
8 Liberatus dolo suo ab obligatione nihilominus de dolo actione tenetur.
9 Celans instrumentum ad alium pertinens actione doli torquetur.
10 Petens habilitationem iuramenti vt a compromisso impune recedat non propterea in penam incidit dummodo non prosequatur contradictionem.

Respon. XIIII.

Redemptoris nostri humiliter Implorato suffragio.



Gens Iacobus aduersus Hieronymū pro penis, damnis, & interesse non satis recte agere videtur, quia Hieronymus cum Iacobo cōpromittens sub pena promisit q; eius vxor cōpromissum hoc ratum haberet vxorq; ratificauit quare implemento & solutione eius, quod debebat liberatus videt. insti.quib.mo.toli. obli.in prin.licet postea ipsa vxor in ratificatione prædicta nō ste

1 terit sed cōtrauenerit nō ideo contra Hieronymum maritum agi potest. ● Cum actio semel extincta deīceps nō reuiuiscat.l.Meuius § duobus.ff.de cond.& demōst. Item quia semel implectā fuisse pmissionē sufficit quis non duret postea.l.si quis. C. de insti.& substi.sub.cond.fact.ibi sufficit conditionē extitisse semel & si in posterū nō duret, vnde inferūt doctores ad multa, quæ breuitatis causa ꝑtermitto, Neq; videtur obstare q; ipse Hieronymus ante ratificationē vxoris nō prędixerit Iacobo dictā ratificationē futuram proxime ad effectum vt posset se Iacobus contra vxorem Hieronymi cōtrauenientē postea.d.cōpromisso, & laudo iuuare, ipse qdem Hierony

2 mus tantum promisit facere q; ratificaret vxor. ● Quę ratificatio potuit fieri & impleri etiam absente ac ignorante dicto Iacobo ſm Bar.in.l.quoenim.in fine principii.ff.rem.rat.habe.l.gerit.ff.de acqui.hære. Alex.consi.cxxvi.lib.v.in fine.& in cōsi. cxlvi.col.iiii.eo.lib.Ideo non opus fuit denūtiatione aliqua sed solum q; ratificari faceret p ea quæ notat Bal.in.l.fina. ad finem.C. de pac.inter.emp.& ven.vbi inquit si promisi vendere fundum sub pena, postea tibi vendidi non tamen tradidi, ad penā

3 nō teneor. ● Præterea ipse Iacobus contrauenit compromisso & laudo, reclamando aduersus

do aduersus illud in curia Episcopali ideo vxori Hieronymi id licuit etiam impune.l. si quis maior.cũ materia.C.de transac.

Sed his non obstantibus contrariam partem veriorem existimo ꝙ immo Hieronymus ad conuentionalem penam, vel saltem ad damna, sumptus, expensas, & interesse
4 ipsius Iacobi teneatur, ❀ Vbicunq; quid ab aliquo impleri debet, si impleat illud & eius culpa id minime postea duret non liberatur, sed obnoxius remanet, vt probatur a contrario sensu in.l.Reprehẽdenda.C.de institu.& substi. sub condi. fact. vbi pbatur ꝙ illa quæ tenetur diuertere diuertisse non dicitur si post diuortium in coniugiũ redeat, & sic eius culpa diuortium non durauit, ita censuerunt per illum tex.Bal. Ang. & expresius Paulus Castren. Sali.in.l.si quis hæredem.eo.tit.& si nonnulli illam doctrinam in dubium forte reuocarunt in vno tamen casu indubitata & sine contradictore inuenitur, quando scilicet fraudis doliq; præsumptio imminet potuit enim esse ꝙ implementum non duret culpa alicuius sine fraude & dolo ipsius, quia per hoc decipere quenq̃ non cogitauit, & tunc dubitabilem illam doctrinam nonnulli existimarunt, secus vero quando imminet doli vel fraudis præsumptio, vt quis animo nõ perseuerandi impleuerit, sed vt illum in cuius fauorem impleuerat fraudandi causa implementum non steterit eo casu doctrinam prædictam nemine contradicente procedere videmus, ita declarat Philippus Corn.d.l.si quis hæredem.versi. nota ꝙ satis est &c. eodemq; modo declarant ibidem. Fulgo. Pau. Castreñ. & Alex.Imol. Alex. & Alii communiter idem addicunt in.l.in substitutione.ff.de vulg.& pup.per tex.in .l.debitor.ff.de pigno. fecisse ibi non dicitur qui eo Animo non fecit vt factum du-
5 raret, ❀ Et doc.in dictis locis declarant huiusmodi fraudem, & dolum præsumi, quã incontinenti post consecutum effectum, quem voluit ab implemento conditionis cessauit arg.l.si ventri § fina. cum nota. per Bar.ff.de his quæ in frau. cre.&.l.pleriq; ff. de ri. nup. & in.l.iii.ff.de diuor.& licet Ias.in.d.l. si quis hæredẽ.in versi.ii.limita. Dicat hoc non carere diuinatione ad illum tex.ob id tamẽ non recedit neq; recedi debuit a dicta communi opinione, quia diuinatio non est, sed necessaria magis interpretatio ex.d. iuribus resultans & ex aliis quoq; legibus prohibẽtibus ne dolus cuiq̃ prosit.l.verum § hoc quoq;.ff. pro socio.glo.in.l.titio.in prin.ff.ad municipa.Bal. in.l.si infantem.C.loca. doloso igitur implemento ille, qui impleuit, iuuari non debuit, vt a promissione liberetur, sed in casu nostro implementum dolo non caruit quod præsumitur ex his quæ protinus secuta fuerunt contrauenicndo dolo, & fraude adhibita curandoq; quominus implementum duraret scilicet dum ipse Hieronymus celabat ratihabitionem ab eius vxore factam procuratorisq; officium præstan-
6 do in causa vxoris suæ contrauenientis, merito non est liberatus. ❀ Qui enim actũ a se factum celat, non solum in culpa esse dicitur quando alterius interest, sed etiam dolose versatur quod notat Alex.consi.l.xxvii.in versi.super eo autẽ.lib.v.vbi dixit ꝙ arbitri acceptantes compromissum si partibus non manifestauerint cum partium intersit ne tempus illis curat ad agendum in dolo esse dicuntur allegat in simili Bal. & Sali.in.l.eos §.apostolos.C.de appel. Vbi dixerunt ꝙ licet arbitri ex data sibi a partibus potestate possint protogare tempus compromissi absentibus & ignorantibus partibus veruntamen protogatio partibus est denuntiãda alioquin dolosæ videtur

egisse & protogatio huiusmodi perinde operatur ac si facta non esset, sed nulli dubium q dicti Iacobi intererat ratificationem hanc intelligere, vt posset contra vxorem dicti Hieronymi ratificantem se defendere & ratificationis implementum conseruare, igitur Hieronymus tacendo & non denuntiando fuit in dolo, qui dolus augetur per protestationem ei factam ab ipso Iacobo de mota lite per vxorē dicti Hieronymi in qua etiam protestatione idem Iacobus petiit, vt faceret vxorem Hieronymus ratificare, Hieronymus autem fingens se longius ire nihil respondit de ratificatione iam facta, sed duntaxat inquit se non teneri ratificari facere & causam suæ vxoris contra promissa per se curauit, quæ omnia ipsius dolum mirũimmodum arguũt ideoq; eius dolo culpa & facto incontinenti secutis implementum durare nequiuit patet q nimis calide & dolose ratificari per vxorem fecit merito liberatus non est per prædicta.

Opinio hæc nostra aliis quoq; rationibus defendi potest, cum quis aliquid non simpliciter sed respectu ac pro vtilitate certę personæ specificatę implere debet nō sufficit implere, sed in implemento persistere oportet quod Angel. Respondit consil. xxiiii. incipi. Constantius &c. Imol. in .l. in substitutione .ff. de vulga. & pupil. prædicta

7 confirmo. ✱ Quoniam obligatus aliquid facere nedum illud solum facere debet, sed ea omnia complet, quæ necessaria visa sunt, vt factum illud valeat, duret, atq; effectum sortiatur, ita eleganter voluit Paul. Castreñ. per illum tex. in .l. inuitum. ff. de serui. Vrban. prædiorum, vnde infert q obligatus facere, vt quis ratificet, vel consentiat non sat est si faciat eum consentire, vel ratum habere, sed ea facere oportet per quæ ratihabitio valeat effectumq; habeat: Quapropter si ille non poterat ratum habere sine propinquorum consensu debuit curare, vt adessent propinqui & alia necessaria interuenirent, quibus ratificatio valida duraret: Cum itaq; ratificatio vxoris Hieronymi non aliter effectum habeat contradicente vxore ipsa q̄ si ratificationē prædictam denuntiasset Hieronymus dicto Iacobo, qui postmodum Hieronymo protestatus fuit vt supra patet, ex sola vxoris ratificatione eum non fuisse liberatum propter denuntiationem non factam sicq; promissioni suæ non satisfecisse certum est penamq; in eum commissam, Accedat prędictis obligatus quid facere si facere id fingat & res effectum non habeat nihilomagis ab obligatione soluitur, neq; penam vitabit .l. i § excusantur. ff. ad Sylam. vbi Bar. expresse, sed casus noster non est ab eo dissimilis, vt ex facti narratione cernimus ergo &c. Et q̄q̄ citra veri præscriptionem concesserimus actionem primam per .d. ratificationem illico fuisse sublatam, tamen adhuc Hieronymus non foret liberatus officio iudicis adstringitur, vt ea faciat per quæ implementum duret. Areti. docuit in § Item si quis postulante. versi. quæro, quia lex &c. insti. de actio. vbi refert Paulum Castreñ. In quibusdam locis ita voluisse videlicet, quia obligatus rem tradere, licet re tradita ab actione principali sit liberatus non tamen ab officio iudicis liberatur, quod actori post rem traditam competit, vt

8 eum in traditione illa conseruet. ✱ His optime congruit, qui in manifesto est dolo a prima actione liberatus de dolo actione tenetur .l. i § penul. l. seruus tuus. § si persuaserit. ff. de do. Sed posito q Hieronymus actione prima esset solutus id euenisset ob dolum & eius machinationem, quoniam ratihabitionem secrete inscio dicto Iacobo

cobo fieri curauit & sciens vxorem contrauenire velle quinimmo ipse procuratoris officium aduersus Iacobum pro ea exercet ac interpellatus per protestationē a di/cto Iacobo, vt ratificationem per eius vxorem fiendam curaret, iam factam ipse reti/cuit, atq; longius se ire finxit de dolo itaq; actione pro omni damno, & interesse di/cto Iacobo adstringitur, & quia allegans impedimentum, vt sese ab iminenti pena ex/cuset ex sola probatione impedimenti excusationem minime meruit, ni doceat se quicqd potuit fecisse, vt impedimentum huiusmodi remoueret. c. ex transmissa. vbi Iate. fili. de præscri. sed iste non fecit, quod potuit, quia instrumentum ratihabitionis vxoris suæ non exhibuit ergo &c.

9 Nouissime alia cōcurrunt, qbus apparet Hieronymū minime dolo carere. ❧ Nā q instrumentum suprimit si ad me spectet actione doli condemnatur. l. si quis affirma uerit § fina. vbi glo. ff. de dolo. sed iste Hieronymus contractum ratificationis ad me pertinentem, quia occultauit de dolo actione tenebitur, ex quibus iustitia sane maxi/ma quam fouet Iacobus contra Hieronymum demonstrata apparet omnibusq; contrariis ex antelatis datur responsio, Præterq̄ ad obiectiunculā vnam quam feci/mus per doctrinam. Bal. in. l. fina. ad finem. C. de pact. inter emp. & vendi. Respon/deo tñ ex verbis Francisci Are. in. l. in substitutione. col. ii. vers. sed contra illud mē/brum &c. ff. de vulga. & pupil. q̄ ideo vendere, vel locare obligatus vendendo seu locando liberatur licet rem non tradat quoniam per illud factum momentaneū im/pleta satis causa videtur propter quā venditio seu locatio fieri debuerat ex illa nanq; venditione seu locatione implendi necessitas inducebatur & hoc creditor nō igno/rabat, quia nō potuit vendi vel locari ei ignoranti. Sed tñ scienti & cōsentienti, quia ideo subsunt oīa per quæ succursum est creditori vt implens cogatur pdurare in im/plemento & tradere, sed in casu nr̄o secus est qm̄ obligatus de rato nō implet cōtra/ctum faciendo ratificari taliter q̄ ratificans cogi possit per creditorem in pduratione ratificationis facte, quia ratificatio fieri pōt absente & ignorante creditore & sic ipso ignorante nō est taliter impleta obligatio, vt satisfactum sit causæ finali promissionis de rato idcirco opus fuit denuntiatione, vel q̄ aliter faceret, vt causa finalis dictæ p/missionis effectum sortiret, hoc est, vt neq; cōpromisso neq; laudo reclamaret vxor cum damno iactura litiumq; vexationibus dicti Iacobi, quare cum ipse Hieronymus hæc minime obseruauerit absq; dubio in penam damna & interesse incidit neq; &

10 illud obstat dum fertur q̄ Iacobus laudo contrauenerit &c. ❧ Qm̄ ipse R̄ndeo per hoc contrauenisse nō dici qm̄ solum habilitationem petiit a iuramēto vt sine periu/rii metu à laudo posset pūocare, vñ & si illam obtinuisset habilitationem non ideo p/uocauit, pūocare. n. qui pōt non idcirco dr̄ pūocasse seu contrauenisse vt toto tit. ff. & C. de appella. neq; petitam habilitationem obtinuit, neq; aduersa pars citata ad illā habilitationē petēdā in iudicio cōparuit merito id tētanti obesse nō potuit p ea, quæ hn̄tur in. l. q̄uis. ff. de in ius vocādo. p hac snīa nr̄a q̄. d. Hierony. oīo teneat dāna expēsas & interesse Iacobo sarcire in qbus pp morosam dilationē celati instr̄i ra/tihabitionis idē Iacobus dānū passus est videat Marsi. Bononieñ. in. l. pr̄e vel marito. col. xvi. ver. teneas ēt mē. i vnū &c. ff. de qō. vbi duas recēsuit doctrinas q̄ hūc casum in terminis decidunt. Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Societas omnium bonorum in dubio non præsumitur.
2 Actus agentium voluntarii non progrediuntur vltra eorum voluntatem.
3 Quæsita per alterum sociorum ex delicto non veniunt communicanda in societate quantuncūq; ampla & generali.
4 Societas vtcunq; generalis coita fit interpretationem tamen recipit si damnum aliquo casu cō/ mune non fiat,neq; itidem commodum communicetur.
5 Pecunia,quæ penes alterū ex sociis reperitur in dubio illius & non cōmunis sociorū esse creditur.
6 Socius emens aliquid,ea pecunia emisse dicitur,quam ad illum antea peruenisse constat.

Respon. XV.

Redemptoris nostri humiliter Implorato suffragio.



Agnæ auctoritatis viri Iudicesq; iustissimi,apud quos quæstio huiusce modi agebatur,nos consuluerunt, si vnus ex fratribus,qui in cōmunione bonorum degunt,ducentos aureos sibi propter illata ab inimicis vulnera,quibus debilis atq; iners non mediocriter redditus est pro ineunda pace acceperit, ex quibus postea prædium suo & fratrum nomine comparauerat, an prædium seu aureos illos in diuisione conferre debeat.In primis quidem dicendum videtur ducentos aureos prædictos inter omnes fratres æque diuidēdos fieri & alia bona quia cum stetterint insimul communicando redditus fructus, & lucra societatem bonorum omniū contraxisse satis dici possunt, sicq; omnia postea quæsita communia videntur aut saltem vti communia conferenda .l.si societatem vniuersorum.&.l.sequenti.ff.pro so. .l.iii.§.cum specialiter.l.q; si eo tempore.l.si inter fratres.in princ.& in § socium. eo. tit. & confirmatur hoc quoniam vulneratus dictis pecuniis acceptis prædium communi omnium fratrum nomine,& suo etiam cōparauit ideo ea mente emisse prædium videtur,vt fratribus suis commune id fieret,& per consequens societatem bonorum ad eas quoq; pecunias extenderetur.

Sed vt paucis agam & ne tenebris veritas lateat contraria nobis sententia verior nō abre visa est moueor quoniam non constat bonorum omniū societatem inter hos fra/
1 tres contractam. ✱ Et in dubio societas hæc non præsumitur.l.cū duobus § si fratres paternam.ff.pro soc. ibi patet si fratres paternam hæreditatem indiuisam possederint, vt emolumentum,vel damnum in his commune fiat & aliūde quid acquisierint non id postea communicabitur,itaq; societas non præsumitur contracta nisi
2 quo ad ea super quibus sociales actus facti sunt,ratio illa reddi potuit, ✱ Quoniam actus nostri voluntarii non progrediuntur vltra intentionem nostram .l.i.§. si quis hoc interdicto .ff. de itin. actuq; priu.l. fina.C. ne vx.pro mar. sic in terminis societatis bonorum notat Bar. in.l.cum duobus § Pomponius.ff.pro soc.& in.l.titium & meuium § altero.ff.de adminiſt.tuto.cum igitur hic frater percussus suo nomine tantum,& ex laudo prolato ab arbitris gratia ineundæ pacis pecunias huiusmodi habuerit ac neq; in scripturis vel actibus prędictis nemo fratrum excepto ipso percusso nominatus descriptusue est nullam quo ad has pecunias pertinet societatem cō/ tractam inter fratres prædictos ex antelatis probamus,sed societas dūtaxat in bonis hęreditariis illorū patris,& in Victu cōtracta apparet,ideo patet quo ad istas pecunias

societatem

societatem nullã intelligi,confirmatur hæc ex notatis per Petrum de Vbal.in tracta. de dno.fra.v.parte.in.xi.q.vbi tenet salaria parta per vnũ fratrem ex officio ad qđ electus fuit nõ esse reliquis fratribus cõmunicanda præsertim quando huiusceemodi salaria cõicare fres non consueuerunt, cõmunio enim in re aliqua ad aliam rem cõmunionem nõ trahit vt idem Petrus declarat in.iii.parte principali eiusdem tractatus,itaq; hi fratres cum nõ inueniantur lucra talis generis(si lucra nere dicantur) con/
3 ferre consueuisse, patet hanc pecuniã cõmunem non fore,ad hoc etiam facit. ✱ Quoniam licet societas sit ampla,atq; generalis inter aliquos,attamen quæ p aliquẽ quęsita sunt rõne alicuius delicti non cõmunicantur.l.duobus §. finali.l.quod autẽ.ff.pro Soci. adnotat idem Petrus in loco palleg. parte.v.&.q.ii.& in.viii.parte. in.iiii.& vi.q.Sed hic frater percussus rõne sibi illati vulneris pecunias illas quæsiuit ergo il/
4 las cõmunicare non cogitur. ✱ His præterea accedat quia societas quantumcunq; generalis & ampla sic intelligenda est,vt vbi onus seu damnum non est cõmune,cõmodum etiam seu lucrũ non cõmunicetur.Bar.in.l.quia poterat.ff.ad trebe.est tex. in.l.si vnus § quid si vnus.ff.pro Soci.cũ similibus sed sic est q; damnũ illud vulneris ad percussum fratrem solũ pertinet nec potest aliis fratribus cõmunicari idcirco dicemus pecunias prædictas huius pcussi tantum præcipuas esse neq; ad illas commu/ nicandum eundem cogi.

Nõ obstat si qspiã obiiciat frẽm hũc pcussum vehementer debilitatũ,vt nihil propè vtilitatis seu cõmodi suis opis vti frẽs reliq faciũt & ipse antea faciebat in cõe afferre possit qñqdẽ obiectioni huic responsio illa sit,fres oẽs fructũ atq; vtilitatẽ illius pecuniæ seu fundi ex illa empti durante communione sentiunt & sicuti non sunt isti fratres principalis dãni alterius fris pcussi participes qm in corpore illoꝝ nihil aduersi euenit non debent ẽt incõmodo principali oppresso fri esse ęquales,hoc est vt pecuniã vel fundũ illũ emptũ in pprietate diuidant,sed his sufficere debuit si damnũ accessorie senserunt qm fr post pcussionẽ paꝝ vtilis opa sua in domo cõi fuit,vt ẽt accessoriũ lucꝝ idest fructus empti fundi insimul oẽs habuerint atq; p necessitate familiæ consumpserint q oia habent in.d.tractatu duoꝝ frum.d.Petri de vbal.in.vi.parte.in.v. &.vi.q.vbi asserit si alter frum impensam faciat in itinere.s.Iacobi ex voto facto pro eius salute,vel p remissione pctõrũ suoꝝ tales impensę nõ cõferuntur cæteris fratribus q ẽt bonoꝝ oium societatem simul haberent sed illũ dũtaxat cõtinent afficiũtq; q solus ex ea cõmodũ sensit sic.n. euenit in sociis oium bonoꝝ vbi lucrũ adest & ibi damnũ sequr vel ẽ contra.l.si igit.in fi.ff.p Soci.ideo in pposito casu cũ principalis iactura offensæ illatæ psonã dũtaxat pcussi coerceat principale simlr cõmodũ in eo esse debet. Nõ etiã contrariũ est dũ frẽs aduersus pcussum frẽm inqunt q; penes se eas pecunias retinuit sibiq; soli adnumeratę fuerunt illas merito ex cõmunibus bonis pcipere nõ debet: Nos eqdem respondemus dictũ pcussum frem & bona multa soli & aialia multa emisse quoꝝ oium precio ducentoꝝ Aureoꝝ summa æquata est quapp lex psumit dictis Aureis ducentũ q ad manus ipsius puenisse cõstat bona hæc
5 pcussum emisse nõ vero ex pecuniis cõibus quas ad eũ puenisse nõ est cõpertũ. ✱ In dubioq; psumit apud alteꝝ ex sociis repertã pecuniã illius esse & nõ cõem sociorum omnium secundũ Bal. in.l.ii.C. pro Soci. p.l.si ventri.§.fina.ff. de priuil. cre. idem

R

Bal.in.l.finali § icõputatone.col.i.C.de iu.deli.Bar.Cepol.caute.cxxviii.incip.ſi vnus
6 ex fratribus &c. ✱ Et quia ſi vnus ſocioꝝ quid impendiſſe dicatur eam pecuniã im-
pendiſſe illum dicimus,quam ad eum perueniſſe conſtat non autem eam creditur
impendiſſe quam habuiſſe minime certum eſt.Bar.in.l.ſi.filius.§.ſi autẽ miles. C. ad
Macedo. Argu.l.finalis. in princ. C. de pigno. Cepo. caut. cxlviii. incipiente nota
aureum &c.& nos aliquãdo interrogati ſic reſpondimus,itaq; hic frater percuſſus de
bonis à ſe empris prædictam ſummã Aureorum deducere vel retinere poterit,Offen
dit nos minus ꝙ bona illa ſuo fratrumq; nomine mercatus fuerit quoniam quo ad
illa bona cõmuni nomine empta de pecuniis communibus comparata forſitan con
cederem ſi modo alia reperirentur bona,quæ nomine percuſſi fratris tantum empta
reperirentur,quæ ad ſummam prædictam in extimatione precii aſcenderent alio-
quin omnino probamus bona huiuſmodi communi nomine quæſita præſumi
empta de ea pecunia quam percuſſo fratri numeratam fuiſſe compertũ eſt,& q̃uis
cęteris fratribus communicanda forent, Alii tamen fratres qui partem ſuam in bonis
huiuſmodi conſequi velle ſunt parati tenentur precii partem ei q bona emit ſoluere
niſi in inſtrumento emptionis dicatur precium emptæ rei de cõmuni pecunia fuiſ-
ſe ſolutum ſecundum Alex. qui omnia hæc percenſuit. conſil. cliiii. incipi. circa
ea de quibus &c. verſi.ſed ſi prædium fuerit emptum &c.lib.v.& faciunt ea quæ ha-
bentur in.l.cum proponas.C.pro Soci.per hæc patet ad contraria reſponſio.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Actus coruit forma non ſeruata.
2 Solemnitas ex curſu longi temporis præſumitur ſi modo eam quis alleget.
3 Conſenſus capituli in tranſactione non expreſſus adfuiſſe præſumitur quando diutino tempore tranſactio facta apparet.
4 Quæ de neceſſitate ſcripturam expoſtulant,ſi ſcripta minime reperiantur ob temporis diuturnitatem non ideo interueniſſe dicimus.
5 Hæres moriens vltra annum ex die ſibi hæreditatis delatæ,quam non adierat,quando ad hæredem eam tranſmittat.
6 Præſcritio.xxx.annorum etiam ſine titulo procedit,& quid de iure canonico.
7 Hæres inſtitutus in teſtamento q̃uis minus ſolemni dicitur bona fide hæreditatem poſſidere.
8 Hæreditas iacens,quo ad poſſeſſionem pertinet,defunctum non repræſentat.

Reſpon. XVI.

Redemptoris noſtri humiliter Implorato ſuffragio.

NVncupatiuũ cuiuſdã Leonelli teſtm̃ nup inſpeximus,quo hęres eſt ſcriptus Do
mitius mutinẽſis,in quẽ deſcendẽtes olim.D.Camillæ teſtatori Agnatę hęre-
ditatis petitionẽ modo intẽdũt, qđ profecto teſtm̃ nõ iniqua rõne à qbuſdã
inualidũ nullũq; dici potuit in eo(vtpote)ſolẽnitates ſtatuti deficientes reqrẽtis duos
cognitores teſtatoris,quoꝝ alter ſacerdos ſit vltra numeꝝ ſeptẽ teſtiũ ,alter vero ſit
vnus ex teſtibus vel ipſe notarius qui dicãt teſtatorẽ illũ cognoſcere & in p̃ſenti ſanę
1 mẽtis eſſe.✱ Nã forma nõ ſeruata actus coruit nulliuſq; roboris vel momẽti eſt.Bal.
in.l.nõ poſſũt.ff.de leg.l.ſi qs mihi bona.§ corã.vbi ẽt.Bal.ff.de acqr.hęr.facit.l.i.§ ſi
qs item.ff.de verb.oblig.c.cũ dilecta.cum mate.de reſcrip.& tãto magis veꝝ id eſſe

dicere

dicere possumus qm̃ hoc expresse in.d.statuto disponitur vbi si aliqua vltima volun tas reperiatur non facta neq; scripta prædicto modo & forma pro non legitima ha beatur atq; ex ea aliquid peti non possit, Adeo dictum testamentũ probabiliter nul lum dici potuit qm̃ in eo Catherina filia dicti testatoris præterita reperitur post mor tem dicti Leonelli patris, præteritione enim filii, vel filiæ testamentũ est nullum insti. de exhære. lib.in prin.l.maximum vitium.C.de lib.præte.ex quibus satis cõstare vi detur.d. Leonellum intestatum decessisse sed nulli est dubium.D. Camillam & eius liberos proximiores in gradu testatori prædicto esse q̃.D.Domitium, qui nullo iure sanguinis testatori coniunctus est, sed duntaxat Amicitia & coniunctione quadam familiari eum Amicum hæredem instituit, quare.D.Camilla vti proximior ab intesta to huic hæres futura videbatur insti.de hęre.quæ.ab intes.defer. per totum & in auc. eo.tit.per totum.auc.cessante.cum duabus.auc.sequentibus.C.de legi.hære.& sic vi detur q; filii & hæredes dictę Dominæ Camillæ habere debeant hæreditatem huius modi eum hæreditas successio dicatur in vniuersum ius quod defunctus habuit. Præ terea saltem respectu dimidiæ bonorum.d.Domina Camilla & eius liberi ac hæredes ius indubitatum habere videntur propter instrumentum pluribus annis supra factũ cum iuramento in quo.d.Leonellus fatetur omnia bona a se tunc possessa spectare pertinere pro dimidia ad.d.Dominam Camillam ergo &c. Vltra hæc videtur non solum in petitorio horum bonorum, vt diximus sed etiam in possessorio.D.Camil lam vel eius liberos & hæredes obtinere debere, pro qua parte scilicet q; eis possesso rium recuperandæ reintegrandęq; possessionis de quo in.c.reintegrãda.iii.q.i.oino competat, ita deducitur Leonellus nanq; q̃diu vixit bona sua omnia possedit quo defuncto eius hæreditas locum & personam repręsentauit.l.mortuo.ff.de fideiusso. & l.hæreditas.ff.de acq.re. domi.l.cum hæreditas.C.de posi.Itaq; dictis bonis occupa tis postea ab isto Domitio perinde videtur ac si ipse Leonellus a possessione dictoꝝ bonorum sine iusta causa cecidisset eiq; remedium possessionis reintegrandę quæsi tum fuisset quod debuit ad.d.D.Camillam Leonelli (vt dicitur) hæredem transire, & per consequens ad liberos & hæredes dictę.D.Camillę. Quinetiam si dicamus posses sorium recuperande, vel reintegrandę possessionis istis non competere, videtur sal tem hos recte admitti ad possessorium quorum bonorum, quo interdicto possessio nem adipiscimur daturq; bonorum possessori vel etiam hæredi tam ex testamento q̃ ab intestato § adipiscendę.insti.de interdic.l.prima.ff.&.C.quor.bono.

Quæ tamen oia cõtra Domitiũ hæredẽ scriptũ proxime deduximus neq; iure, neq; rõne aliqua defendi posse reor, Imprimis vero nõ est ad.d.D.Camillã, vel eius liberos vllo tpe spectauerit ab itestato veluti pximiorẽ Agnatã hæreditas dicti Leonelli, Testamẽ tum.n.Leonelli, quo Domitius hęres adscribitur valet, tenet roburq; legitimũ in eo cognoscit, nõ obstante ptãitione asserta.D.Catherinæ filiæ, posito q; hæc filia tpe. mortis testatoris vixisset nõ attamen pterita fuit, vt in ipso testõ videre est, neq; etiã solemnia statuti testamento huic defuerunt, videlicet q; sacerdos & notarius nõ dixe

2 rint in testamẽto se testatorẽ cognoscere, eũq; sane mẽtis esse &c. Licet nõ reperiat in testõ scriptũ, dicta verba nominatim illos edixisse, attamen stãte cursu.xxx. annoꝝ & forte vltra psumit p eo, q allegat solẽnitatem illã interuenisse. l. cum de in tem.

verso cū materia.ff.de vsur.l.sciendum.vbi.doc.ff.de ver.oblig.l.si certis annis.C.de
pac.e.sicut.de te.su.vbi hoc notaᵗ,ad qđ facit doctrina Petr.de Ancha.cōsi.cxxxvi.
3 incipi.ex cōsiliis &c.vt refert & sequiᵗ Filinus in.d.c.sicut.col.xx. ● In his locis do
ctores volunt in instrumēto transactionis,ꝙ licet de cōsensu capituli nō memoreᵗ,
cōsensus tñ ille adfuisse ꝑsumaᵗ qñ transactio diutino tpe sic fuerit obseruata,opti
me cógnuit qđ voluit Alex.consi.lxxix.incipi.circa primum &c.lib.i.et Fili.sequtur in
d.c.sicut.volentes ꝙ solēnitas tractatus & cōsensus capl'i ꝑsumaᵗ & si in instrumento
inuestiturae de hoc nihil dicaᵗ qñ lōgo tpe aduersus instrumentū illud contradictor
nullus extitit,idemq; Alex.cōsi.xliiii.incipi.visa facti narratiōe &c.lib.iii. Quem itidē
sequiᵗ Fili.in loco ꝑdicto,& moderni ꝑsertim Ias.in.d.l.sciendū.col.viii.versi.teneo
primam opinionē &c.& in versi.vsi.facit &c.qbus in locis oēs ita concludunt ꝙ ex
diuturnitate tpis solemnitas ēt extrinseca ꝑsumiᵗ q̄uis de illa mentionē Tabelio non
4 faciat in instrumento. ● Neq; ꝑdictis obiiciatur dictū Are.in.c.qm cōtra.ad fin.de
ꝓba.qui videᵗ tenere ex inspectione Actoꝝ probari aliquē actū iudiciariū nō inter
uenisse cū in actis cōscriptus minime reperiaᵗ q̄uis longo tpe sine cōtrouersia aliqua
Acta hmōi fuerint,ipse qdem Are.semetipsum declarat,id locū habere assentiēns in
his,q̄ de necessitate scripturā expostulant vt sunt acta iudicioꝝ,de qbus in illo tex,
at qdē in his,q̄ scripturā admodū non desider āt aliter ꝓbamus,vt ipse declarat,cū
ergo solemnitas de qua agiᵗ sit solemnitas testamenti nūcupatiui,quę scripturā non
reqrit,absq; dubio pp lapsum longi tpis praesumi debet,vnde posito ꝙ notarius ob
miserit id scribere hoc tñ non nocet etiam si p errorem illud omisisset.l.errore.C.de
testa.Praedicta cōfirmo qm licet cōcesserim,qđ tñ verū nō est,Leonellū intestatum
decessisse sicq; dñę Camillae q̄uocunq; hęreditas delata fuisset ab intestato,ipsa tñ hae
res esset extranea,& ageretᵗ eo casu de hęreditate nō ascēdētis sed collateralis,qa Leo
nellus nō erat ascendens ipsius Dñę Camillę sed collateralis tm̄,idest patruus,igiᵗ dña
Camilla qm̄ Leonello supuixit annis.xv.vel circa & sic vltra vnū annū,neq; hęredita
tē adiuisse vnq̄ apparet,ideo ad liberos suos haereditatē hanc moriēs nō transmittit.
5 ● Moriens.n.post Annum sibi haereditatis delatae & ante haereditatē aditā ita demū
ad suos trāsmittit haeredes,si ipse esset suus aut saltē de haereditate ascendētis ageretᵗ,
alioquin secus.l.iii.l.qm̄.C.de iur.deliber.l.i.§.in nouissimo.C.de cadu.tol.declarat
optime.Bar.in.l.ventre.versi.venio ad materiam.ff.de acqui.haere.Et si etiam cōce
damus absq; tñ veritatis ꝑiudicio ius aliquod aduersariis.D.Domitii cōpetiisse,illud
tñ est ꝑscriptū cū ipse Domitius à tpe mortis.d.Leonelli hucusq; tenuerit & possede
6 rit bona haereditatis dicti Leonelli iure testamenti ꝑdicti,& sic vltra.xxx.annos.● Qui
sufficiūt ad ꝑscribendū ēt sine titulo,sed hic possessor hęreditatis fuit,ergo fortius po
tuit ꝑscribere eū titulo saltē colorato.l.sicut.vbi.Bal.C.de ꝑscri.xxx.vel.xl.annorum
Nō obstat de iure canonico lōgeuā hanc ꝑscriptionē locū nō hēre q̄do qs malefidei
possessor fuit.c.possessor malefidei.de regu.iu.lib.vi.Respōderim ipse ꝙ iste Domi
7 tius bonā fidē habuit.● Quia hęres institutus in testamento ēt minus solemni pōt bo
na fide & cōscientia iusta oīa bona defuncti tenere ac possidere,vt expsse declarant,
Imo.Alex.Aliiq; moderni in.l.nemo pōt.super.glo.ii.ff.de leg.i.longe igiᵗ fortius
istud in casu nr̄o erit in quo testamentū solemne & validū est confectum.

Dixerim

Dixerim etiam aduersarios Domitii inaniter agere minusq; audiendos quandoquidē illorum nihil interfit,nam si ius aliquod habere dicerentur illud tamen in alium transtulerūt,concesserūtq;. M. D. Antonio potentiori,Neq; eos iuuat q idem.D. Antonius retro illis cesserit qm̄ talis cessio denuo facta solemnitate omni tam municipali q̄ communi caruit,vt liquidissime in processu probatum cognouimus: Quamobrē per hæc & alia superius deducta constat id quod dicitur per aduersarios Domitii nō obstare,videlicet q dictus Leonellus non intestatus decessit,sed cum testamēto valido atq; legitimo,vel etiam si ab intestato illum mortuū profiteremur aduersariis tamen nullum ius agendi superesse rationibus multis probauimus, cum in eos per.D. Camillam eorum matrem transmissio hæreditatis facta nulla sit,& per alia de quibus supra:Non obstat in instr̄o quoddam confiteri Leonellum medietatem bonorum, quæ tunc possidebat,Dominæ Camillæ competere, quoniam respondetur dominā Camillam habuisse dictam medietatem bonorum, vt ex instrumento transactionis cuiusdam inter ipsum Leonellum & dominam Camillam factæ, quod omnino videatur quia illud sufficit,Non etiam refragatur dum aduersarii aiunt possessorium recuperandæ ipsos habere cum & illud nullo iure eis detur, quod ex eo facile cognouimus,quoniam non apparet ipsos vel dominam Camillam eorum matrem vnq̄ possedisse,ideo eis tale interdictum non competit,neq; hęres pro possessione amissa iacente hæreditate non potest interdictum recuperandæ mouere cum ipse hæres
8 spoliatus dici non possit possessione,quam non habebat, nec ēt defunctus. Quia quo ad possessionem hæreditas iacens non repræsentat defunctū.Alex.consi.xxxvii. lib.i.Bal.in auc.defuncto.C.ad tertu.Soci.in.l.Remq; nobis.col.xi.ff.de acqui.pos. allegās.l.i.C.quo.bono.Nec obstat quoq; dum aiebant de possessorio adipiscendæ scilicet quorum bonorum,quia illud vel hæredi,vel bonorum possessori vt supradictum est competit,sed isti neq; hæredes,neq; bonorum possessores sunt ergo &c.

Laus Deo omnipotenti.

1 Appellatione filiorum in dispositione correctoria legitimati filii non veniunt.
2 Pater in sui testamento non potest filium prohibere ne testetur.
3 Præceptum testatoris mandantis hæredi ne testetur ad fideicommissum trahitur.
4 Statutum dictans mulierē non posse testari sine consensu duorū propinquorū,aut viri nō valet.
5 Testandi libera facultas per pactum tolli non potest.
6 Testator recte prohibere potest ne hæres testetur quo ad certa bona.
7 Matrimonium contrahere cum certo genere personarum quis prohiberi potest, non autem vsq; ad certum tempus matrimonium contrahere impediri posset.
8 Filius legitimatus ita substitutos excludit sicuti legitimus & naturalis vere.

Respon. XVII.

Diuino numine humiliter Implorato, quod pro sua incomparabili humanitate & gratia viam veri nobis aperire dignetur.



Duersus Antonium petētem ex ædicto diui Hadriani Imperatoris se in possessionem mitti bonoꝝ olim.D.Ludouici filii legitimati Ioannis de Rappa, aut missum confirmari ex testamento ipsius. D. Ludouici in quo Antonius

prædictus hæres scriptus est,obiicitur primo testamentum.D. Ludouici nullum esse Ioannes quidem.D.Ludouici pater in suo testamento cauit his verbis videlicet hac tamen lege & conditione apposita q ipse Ludouicus quoquomodo testari nō possit ante.xxv.annum completum ni duo proximiores in gradu testamento adfuerint, & si secus fecerit ex nunc prout ex tunc & ē contra voluit iussit, & mandauit tale testamentum fore,& esse cassum vanum irritum, & in efficax &c. sed ipse Ludouicus testamentum suum sine præsentia proximorum agnatorum celebrauit merito valere non debet,Enimuero huiusmodi præceptum satis valere dicitur cum per illud testandi libera facultas ablata non sit,sed dūtaxat coarctatur respectu tpis,quod fieri potuit Bart.in consil.lxxii.inci.ex facto &c. vbi voluit pactum seruari debere factū inter nobiles q filiæ fœminæ in bonis paternis & maternis ex testamento nō succedāt, quia istud pactum liberam testamenti factionem non adimit cū possint in aliis bonis institui,item in casu proposito.d.prohibitio valere debeat, quia testandi liberam facultatē non aufert,hic enim Ludouicus de aliis bonis præterq̄ paternis testari potuisset non adhibita.d.solemnitate duorum propinquorum,Quinimmo tale præceptum seu prohibitionem valere dicimus licet simpliciter de omnibus bonis in testamento errogandis prohibitio fuisset facta,neq; respectu temporis coarctata, ita admonet Bal.in.l.cunctos populos.C.de summa Tri.& fide Catho.col.xii.& Ange.in auc.vt fac.no.consti.firmat q; Ias.in.l.ex facto.in.vi.notabi.ff.de vulg. & pupil. pro hac sententia adducitur etiam q prohibitio prædicta videtur tacitum fideicommissum inducere per tex.in.l.qui filium.ff.ad trebel.ibi dicitur si mandat testator filiæ ne testetur donec liberos susceperit ex hac scriptura fideicommissum debetur, Quasi p hoc petisset vt suam hæreditatem restitueret est.tex.in.l.filiusfamilias §.vt quis hæredem .ff. de lega.i. si grauat hæredem testator, vt alium hæredem sibi faciat videtur eum de restituēda illis hæreditate rogasse,igitur in casu nostro iste Ludouicus filius legitimatus duas quartas detrahere non potuit, neq; de eis disponere detractio enim duarum quartarum est introducta per.c.Rainutius &.c.Rainaldus de testa.quæ iura ciuile ius corrigunt,quo disponitur vnicam tantum quartam detrahi.l.in ratione.§.

1 quod vulgo.ff.Ad.l.fal.& ius correctoriū strictæ capitur. Vnde filii appellatione in iuribus illis legitimatus filius non venit,faciunt nota.per Antonium de Butri.in.c. per venerabilem.& in.c.tanta.qui. filii. sint. legit. inquit ibi stāte statuto q filiis masculis existentibus fœminæ non succedant filius legitimatus fœminis non obstabit.

Puto æquidem (ni fallor) antelata hæc omnia, aut ā casu nostro diuersa, aut prorsus falsa censeri,ipse enim Antonius testamentum dicti Ludouici ædidit non abolitum non cancellatum nec aliqua in sui parte corruptum in quo ipse vniuersalis scriptus est hæres idcirco in possessionem debuit mitti, atq; in illa defendi.l.fina.C.de ædic. Di.Hadriani.Tolen.cum ibi notatis:nec obstat obiectiunculā primā, quoniam re-

2 spondeo plures casus nos animaduertere debuisse. Vnus est quando testator simpliciter,& sine determinatione temporis filium testari prohibet,tunc sine dubio talis prohibitio non valet,neq; filium coercet quominus iure communi testetur Bal. in.l.irritum.C.ad.l.falcidiam.qui ad hoc allegat.tex.in.d.l.qui filium.in prin.ff.ad trebel.quam voluit inducere iuncta.d.l.irritum. nam in.d.l.qui filium.dicitur q verba

illa mando

illa mando tibi non testari &c. denotant fideicommissum, igitur non habent vim prohibitionis testādi, fideicōmissum nāq; minime rogatū hęredē testari prohibet. d. l. irritum. potest & alio modo induci, quia. d. l. qui filium. æquiperat. d. verba præcepto faciendi talem hæredem, verum id præceptum de faciendo quem hæredem ad fideicommissum trahitur, quia in sensu directo valere non potest. l. ex facto. in prin.
3 . ff. ad trebell. ✱ Quare verba illa, mando tibi ne testeris, trahuntur perducūturq; ad fideicommissum cum in sensu directo non valeret, & proprie per dicta verba desi-
4 gnato, qui planè casus indubitabilis est per superius dicta. ✱ Ideo Paulus Castrē. ait in. l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pupil. non valere statutum disponens mulierē nō posse testari sine consensu viri vel duorum propinquorum quam doctrinam Alex. ibi. & Franc. Areti. sequuntur quamuis Ias. in. vii. notab. contrarium defendat ea ratione, quia statutum potest similiter statuere præsentiam decē testium in testamento interuenire debere secundū Bar. in. l. cunctos populos. in. iii. q. principali. C. de summa Tri. & fide Cato. communis tamen opinio est incontrarium, vt ipse fatetur ibi & licet forsitan opinio communis dubia fieret id eueniret ratione de qua ibi p Areti. idest quia per statutum potest induci quod valeat dispositio captatoria iuxta notata per Imo. Ange. & modernos in. l. ii. in prin. ff. de vulg. & pupill. & licet illa ratio non obstet communi opinioni vt ipsemet Ias. ibi respondet cuius responsio per illum tex. satis confirmatur, Attamen talis dubitatio cessat quando in testamento fit prohibitio, testator enim neq; inducere, neq; facere potest dispositiones captatorias . l. captatoriæ. ff. de hære. insti. l. captatorias. C. de mili. testa. Itaq; proculdubio nō potest testator sine consensu duorum propinquorum prohibere filio testari & testamētum filii à voluntate propinquorum pendere. l. illa institutio. ff. de hære. instit. puro igitur quando prohibet filio testator sine præsentia duorum propinquorum testari posse licet tunc non obstet ratio captatoriæ voluntatis ex quo expressa mentio non fit de voluntatē seu consensu alterius iux. l. nonnunq̄. ff. de condi. & demonst. tamē obstat ratio de qua in. d. l. ex facto. videlicet quia iniquum est homini sanæ mentis li-
5 beram testandi facultatem artipere, obstatq; alia ratio de qua ibi per Alex. ✱ Scilicet quia per pactum non potest cuiq̄ testandi facultas interdici hoc est. n. cōtra bonos mores. l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. obli. igitur nec per statutum fieri poterit. Bar. in. l. omnes populi. in. iii. q. principali. versi. iuxta prædicta quæritur. ff. de iusti. & iure, quæ ratio etiam traditur per eundē Bar. in. d. consi. lxxii. & hæ rationes æque militant in casu nostro, Non certe liberam testandi factionem quis haberet si absq; præsentia proximi Agnati vel alterius testari non posset, quod summa ratione ostenditur, testamenti factio est iuris publici. l. testamenti factio. ff. de testa. Ideo eius solemnitas pacto vel dispositione priuatorum tolli non potest, vt ibi in tex. dicitur. l. qua ratione § i. ff. ad. l. falci. cum simi. ex quibus satis liquet non potuisse testatorem testamenti sui filii solemnitatem alterare iubendo testari nequire nisi cum propinquorum præsentia per prædicta.

Secundus est casus principalis quando testator. d. prohibitionem tempore limitatā facit quod euenit si prohibeat filium ante. xxv. annum sine præsentia propinquorum testari, isto casu existimo idem per oia fore quod in primo conclusimus casu videlicet

vt non officiat prohibitio hæc quominus testetur filius præcepto patris contempto .d.l.qui filium.vbi prohibitio fuit tempore limitata ne testaretur filius priusq̃ liberos suscepisset,& tamen non obstante.d.prohibitione testatur filius, quod patet quoniã illa verba cum non habeant neq; habere possint prohibitionis vim,ad fideicommissum diriguntur vti mox in primo casu ediximus, ratio in promptu est manifesta si enim moreretur prohibitus testari infra tempus præstitutum,illi prorsus testandi facultas esset adempta sicut quando absq; temporis determinatione fieret prohibitio cum prohibitio vtraq; perpetua extimatur ex quo ad tempus mortis vnaquæq; illarum perducitur.l.i.ff. pro socio.

6 Non obstat consilium Bar. de quo supra vbi respondit prohibitionem testandi quo ad certa bona per testatorem fieri posse & recte Quandoquidem diuersa ratio sit in casu illo & in casu nostro, nã prohibitio sup aliqua parte bonorum nõ æquipolet prohibitioni de oĩbus bonis factæ,ipso etenim prohibito moriente,quandocunq; & alia bona supersunt super quibus prohibitio facta non est secus quando fit in tempore prohibito moriente infra tempus determinatum à testatore non sibi tunc super est aliud tempus quo testari valeat,idcirco paria sunt tempus determinatum esse vel non, quia vtroq; casu prohibitio totum tempus vitæ ipsius prohibiti continet,neq; verum est posse tamen ꝓhibitũ magis testari de bonis aliunde quæsitis q̃ de profectis à patre testatore scilicet quando tẽpus fuit determinatum,secus quando non fuit determinatum,quia non potest ratio bona diuersitatis adduci immo est eadem ratio per prædicta,pro hac respõsione aducemus

7 & illud. Prohibitio ꝙ quis non contrahat matrimonium cum certo personarum genere valet probabilisq; habetur non sic si prohibeatur vsq; ad certum tẽpus Abb. & Alii communiter in.c.i. de sponsal. ex his sequitur quemadmodum prohibitio testandi sine propinquorum præsentia absq; temporis determinatione non impedit testari sine tali præsentia,vt supra in primo casu dictum fuit, ita etiam prohibitio testandi sine præsentia propinquorum facta cum temporis præfinitione non impedit testari absq; dicta præsentia,ipso prohibito,infra præfinitum tempus moriente p prædicta quod accidit in themate proposito,Ludouicus enim prohibitus infra .xxv.annum ætatis suæ decessit ergo &c.Non obstat etiam qd de tacito fideicommisso obiicitur,quoniam non reperitur iure cautum ꝙ hoc casu verba illa fideicommissum significent,nec obstat.l.qui filium. quia loquitur in casu quo alia coniectura capi nõ poterat q̃ ꝙ testator voluerit conseruari hæreditatem fratri veniẽti ab intestato idq; ex eo cernimus quoniam simpliciter testari prohibuit, Verum hic sine propinquorum præsentia prohibuit testari igitur in casu isto si Ludouicus illorum propinquorum præsentiam adhibuisset alios quippe hæredes instituere potuisset q̃ ab intestato venientes,idcirco patet ꝙ alia rõne motus testator fuit in casu nostro merito fideicõmissum cessat.l.cum pater § mando.ff.de lega.ii.Præterea cõtradictor legitimus isto casu non est fideicommissarius quominus scriptus hæres in possessionem bonorũ ex ædicto Imperatoris Hadriani mittatur. Bar.in.l.fina.C.de ædict.Di.Had.Tolen. Quamobrem quo ad hunc effectum inaniter quæritur vtrum ex dictis verbis inducatur fideicommissum,si autem fingamus Ludouicum filium.d.Ioannis legitimatum grauatum fideicommisso esse an duplicem potuerit quartam detrahere Respõdeo

ꝙ sic

8 q; sic quemadmodum legitimi & naturales vere detrahunt. ● Ita etiam legitimatus detrahet, qui à pari procedit & vere legitimo ac naturali æquiperatur adeo vt substitutum sicuti legitimus excludat, quod omnes doctores cõmuniter addicũt in l. precibus .C. de impub. & aliis substitu. & in.l. Gallus §. Et quid si tantum.ff. de lib. & posthu. minus atq; obstat si dicatur huic locum non fore in materia correctoria, vt est.in.c.Rainaldus. & in.d.c.Rainutius.quæ corrigunt ius ciuile quo ad duas quartas quoniam & hoc negamus sed ex quo ciuile ius non contradicit iuri canonico expresse in casu, quo fideicõmissum est conditionale intelligitur idem esse de iure ciuili iuxta tradita per Bar.in.l.q̃q̃. C. ad.l.falci.

Laus Deo omnipotenti.
Finis.

1 Matrimonium inter impuberes contractum, non vt matrimonium, sed vt sponsalia tantũ valet.
2 Matrimonium, quod antea non valuit, ex quibus postea vel tacite, vel expresse confirmetur ratumq; habitum sit.
3 Vxor non debet restitui viro fcæuiẽti in eam, nisi idonea cautione præstita de non scæuiendo & nume. 5.
4 Vxor a viro diuertit propter viri scæuitiam intollerabilem.
5 Vxor, quæ a viro recessit non est eidem restituenda, licet cautionem offerenti si nihilominus in posterum scæuitia maritum vsurum iudici ex inquisitione videatur.
6 Animus malus ex iniquis moribus & consuetudine depranata proficiscitur.
7 Animus malus non creditur mutatus oblata præstitaq; satisdatione.
8 Mores turpes non alias murati creduntur nisi per triennium ab illis sese continuerit.
9 Vxor, quæ a viro discessit ob eiusdem viri culpam, debet ali exhiberiq; a marito secundum vxoris conditionem si modo vir dotem possideat.
10 Vxor omnino ali debet a viro quis in obsequio mariti, neq; culpa viri, neq; culpa vxoris, sed alia causa non sit.
11 Maritus si adulterium, aut stuprum committat donationem propter nuptias amittit dotemq; vxori compellitur restituere.
12 Maritus adulterium vel stuprum committens non ideo excusatur, quia vxor sine iusta causa ab eo discesserat.
13 Vxor põt petere separationẽ thori ob scæuitiã mariti qua obtẽta dotẽ quoq; repetet. & nu. 15.
14 Separatio thori ex quibus causis recepta sit.
15 Vxor timens viri scæuitiam ab eo recedens, licet separationem thori non petat ad restitutionem tamen dotis recte agit.
16 Vxor dotem potest repetere a viro excommunicato si cum eo particeps esse nollit.

Respon. XVIII.

Redemptoris nostri humiliter Implorato suffragio.

NVnc vndiq; propter exortam mariti & vxoris quęstionẽ rogati, vt nobis hac in re quid probabilius quid ue iustius esse placeat Respõdere velimus Quanq̃ maxima quotidianarum lectionum frequẽtia vix nullam in me ocii pro clientulorum voto partẽ derelinquat, summatim tñ oi prius accurrate iustitia & veritate inspecta quid nobis placeat Respõdebo, Proponitur itaq;. D. Baptistam Astium Gaspari Mediolanensi filiam dñam Floram nuptui tradidisse idemq; Gaspar imperfectę ætatis erat qñ annos duodecim non sane expleuerat, sed eius Auus in cuius est

ptāte promisit nepotem suum Gasparem ratum id matrimoniū ætatis cōiugio aptę cum fuerit habiturum, demū his Gaspar decimoquinto anno nactus matrimoniū id ratihabitione, vti spoponderat Auus, probauit atq; D. Floram per verba de præsenti coram duobus testibus secrete desponsauit siue annulum coniugalem eidem tradidit sed (vt fertur) non multo post idem Gaspar maritus in. D. Floram & minis & verberibus assidue singulisq; propemodū horis sęuire inceptauit ob id neq; annū D. Flora illius maximam sęuitiā in dies auctam sustinere potuit, abiens domum patris sui Baptistæ cōfugit, verū dos in summa ducatorū. 2000. de quibus aurei. 1000. Auo Mariti iam fuerant numerati quærit an puellam iudex vt cum viro cohabitet residuumq; dotis ad soluendum Baptistam patrem compellat, vel e contra magis indicet puellam Reuerti non debere seu cogendam nō esse vt in domo mariti sit patrēq; mariti ad restitutionem dotis receptæ compellere.

Pro vera declaratione dubii transmissi procedendo per conclusiones præmitto. ✱ Ma-
1 trimonium inter impuberes contractum non vt matrimoniū valere sed vt sponsalia tantum de futuro. c. A nobis. c. duo pueri. &. c. ad dissoluendum. à sensu contra-
2 rio. de despon. impub. c. fina. eo. tit. ✱ Tamen si in eadem voluntate persistant vsq; ad ætatē nubilem matrimonium firmatur ratihabitione etiā tacita. c. de illis. de despon. impub. Atq; id fortius confirmatur si aut copula carnalis, aut ad domum viri traductio vel ratihabitio expressa interueniat. c. his qui fidem. de sponsal. c. sup eo. de cond. appo. c. significauit. de eo qui dux. in matr. quam polu. per. adul. c. insuper. q. matr. accus. pos. c. attestationes. de desp. impub. l. Minorum. ff. de ritu nup. ex quo matrimoniū inter istos valere ob copulā carnalem secutam constat vti mihi in facti narratione p vtrasq; partes expositum est, & etiam ob traductionem ad domum uiri necnō ob expressam matrimonii approbationē. Nec in p̄siti ad rem pertinet quærere vtrū hoc matrimoniū clandestinum sit, clādestinitas nanq; & si peccatū penāq; irroget de qbus per. Hostiē. in summa de clande. despon. in. §. q̄ penam. tñ inualiditatē matrimonii nō inducit ſm eūdē Hosti. in summa. de clande. despō. in. §. vl. & clādestina habeť. in. c. capellanus. de feri. His p̄monitis cōclusiones cōpendiose subiiciā.
3 ✱ Prima sit conclusio q̄ hæc puella non sit à patre marito restituenda absq; cautio-
4 ne idonea, vt in eam de cætero supra modum non sęuiat. ✱ Cum enim ob viri sęuitiam separatio vxoris à viro permittatur. §. si igitur mulier tale aliquid. in auč. de nup. multo magis dicēdū est eam separatam ad reuertēdū non debere compelli. c. literas. vbi etiam glo. in fi. de. resti. spolia. & in. c. i. in ver. suspectum. vt lit. non contest.
5 Seda cōclusio est ex parte viri si offerať satisdatio nihilomagis indistincte vxor restituenda est, in arbitrio aūt iudicis erit inqrere, postmodū arbitrari an tanta sęuitia viri appareat, vt satisdatione mulier minime tuta apud eū esse possit tūc vxor redire non cōpelliť elegauter Abb. censuit in. d. c. literas. in vlt. no. de res. spolia. arg. c. de causis. de offi. deleg. & l. i. ff. de iur. delibe. & quidē sicuti aiunt idē Gaspar maritus tāto supbiæ fastigio & sęuitia intollerabili erga domesticos crudelis est vt domi nemo diu cū eo eē possit, Cūq; hmōi atrocitatē & sęuitiā tādiu aduersus vxorē & domesticos oēs exercuerit vt nō imerito dici possit sęuitiā magnā nō ex accidēti aliquo sed nālē seu natiuā in eo esse aut ex praua consuetudine & moribus eius, & percōsequens ex

6 nudo proposito suo. ● Quia maliuolum propositum ab iniquis moribus & consuetudine deprauata colligitur § suspectum. insti. de susp. tuto. Ideo reor isto casu iudicē in dubio eā nō esse huic viro restituendā iudicare debere q̄uis idoneas decies mil
7 lies cautiones offerret. ● Cum satisdatio propositum hominis iniquum & diu in alios crassandi non remoueat. l. suspectus. l. quia satisdatio. ff. de susp. Tuto § nouis
8 sime. inst. de susp. tuto. glo. in. d. c. literas. in fi. de resti. spolia. ● Nec ei creditur dicenti in futurum amplius se non sæuire moresq; mutasse nisi hoc probet, quia per triennīū se abstinuit ab immanitate huiusmodi § humana autē natura. in auct. de Mona. notatur in. c. Testimonium. de test. & isto casu constare hoc non potest immo contrarium videmus ergo &c.
9 Tertio concludo. ● Si vellet puella posset petere à marito vel eius auo alimenta pro se & mercēnariis suis secundū eius conditionem tam pro præterito q̄ pro futuro tempore, quotiens vxor non fuit in obsequio viri ob culpam & temeritatem aut sæuitiam mariti potest petere oīa alimenta tam præterita q̄ futura licet non petierit se viro restitui, perinde est. n. ac si in obsequio maritali stetisset ex quo per eum stetit in cuius psōna offīm debuit exhibere. Arg. l. i. C. de insti. & substi. notāt. Cin. & alii in. l. q̄ in vxorem. C. de nego. ges. fa. l. Gaio. § Imperator. in fi. ff. de Ali. & eib. lega. l. pr̄ Sæuerinam § penultimo ff. de cond. & demonst. l. Meuia. in fi. cum ibi nota. ff. de Annu. lega. Raph. com. in propriis terminis Respondit consi. clxxv. incip. dña Andriola in. i. dubio vbi etiam id firmat qm̄ æquitas dictat vt ad alimenta prædicta pars viri teneatur ne fructus dotis sint lucro mariti ex quo mulier tali mœtu terita discessit cuius causam maritus prębuit, licet ipsa se viro restitui eius sæuitiam verita nō postulet. c. ex transmissa. c. literas. in fi. de resti. spolia. l. consensu. C. de repu. & Raph.
10 in. d. consil. firmat hac ratione. ● Quia pars mariti ad alimenta & expensas vxoris tenetur etiam si sine culpa mariti & vxoris in eiusdem obsequio nō esset. l. si cum dotem § si nautem. ff. solu. matri. & notatur in. d. l. q̄ in vxorē. & sic indubitabiliter hęc conclusio vera est, quam sequitur. Soci. l. iii. in prin. col. v ff. solu. matr. Allegans. glo. c. significasti. de Diuor. & Bal. in. l. i. C. de lega.
11 Quarta erit conclusio. ● Si constat (vt aiunt) Maritū hunc etiā post discessum vxoris adulteriū, vel stuprū cōmisisse tunc pars vxoris potest dotem petere à parte mariti quinimmo pp nuptias donationē maritus amisit sic inquit Raph. com. in. d. cōsil.
12 clxxv. in fi. per. l. consensu. C. de Repu. & c. i. vt lite. non con. ● Vbi addit ob id nō excusari maritum quia ipsa vxor de domo recesserat etiā si sine iusta causa recessisset. c. significasti. cum ibi notatis. de diuor. not. in. c. si tu abstinens. xxvii. q. i. nec q̄ enim debuit ea ratione delinquere vir & mortaliter peccare adducit etiā. c. plerūq; de don. inter vir. & vxor. cū ibi notatis per. glo. ii. multo igitur magis in casu nr̄o hoc pcedit in quo mulier iustam eām recedendi habuit secundū Raph. in fi. d. cōsi. vbi ēt ponit praticam huius cōclusionis dicens, q̄ maritus primo accusetur de fornicatione nō criminaliter sed ciuiliter ad separationem thori, & vt dotem recipiat pars vxoris & donationem propter nuptias lucretur.
13 Quinta conclusio erit. ● Si vxor obtineat separationē thori pp imminentem sæ
14 uitiā viri vt supra ostendimus, tunc ēt absq; dubio illi est dos restituēda. ● Qm̄ dotis

restitutio semper fieri debet quando separatio Thori non solum ob fornicationem viri sed etiam ob aliam eius culpam est inducta.c.i.ibi notat.vt lite.nō contest.sequit Alex.in.l.ii.in principio.col.iii.versi.tu vero adde quintum.ff.sol.mat.& saeuicia viri est vna ex receptis causis ob quas Thori separatio premittitur.c.literas.in fine.de restitu. spolia.

15 Extra casus istarum conclusionum,quibus sine controuersia est locus.*Nouissimus alius casus etiam considerari potest,scilicet qñ vxor timens imanitatem viri ab eo recessit de facto & non probata fornicatione eiusdem mariti neq; etiam obtenta in iudicio diuisione Thori,petit dotem sibi restitui,& hic casus fit dubitabilis pp diuersitatem oppinionum,quas tradunt doctores.in.l.ii.in prin.ff.solu.mat.nam Fran.Are. postq; illum.Soci.credunt eam de iure petere posse allegant.Bal.sic tenentem. in.l. finali. in fine.C.de sent. quae si.cer.qti.Idē tenuit Paul.Cast.in.l.cū mulier.la grande. .ff.solu.mat.Alex.vero contrarium probat Adducēs Ioan.And.in additi.ad Spec.in tit.de dona.inter.vir.& vxo.in § nunc de dote.in additio.quae incipit, dicit Odofredus &c. Attamen videtur loqui Alex.in casu qñ vir habebat apud se liberos illius matrimonii & sic onera matrimonii sustinebat quod minime in casu nostro est, qua in re ego puto in casu proposito dotem ab vxore rectę peti cum opinio haec cōi magis doctoꝝ sententia probabilior sit vti Bal.Paul.Castr.Fran.Areti.nec nō Soci.placuit tum quia opinio.Alex.& Io.And.contraria ne dum cōis non est sed etiā locum dūtaxat habere videt̄ si liberos eodem matrimonio progenitos maritus alatvt patet ex ratione ibi per cum adducta,quę dictum generale arctat limitatue.l.cum pater.§.dulcissimis.ff. de leg.ii.& qm̄ meliores atq; fortiores sunt rōnes adudctae pro muliere, nā Bal.in.d.l.finali.pro hac opinione duplicē rationem assignat, & quia dos debet esse apud viꝝ ita demū si matrimonii onera sustineat alioquin secus.l.pr̄.filiae in prin. ff. de doli excep.& qm̄ patrimonium mulieris in dote esse censetur.l.iii §.sed vtrum.ff. de mino.ideo apud mulierem esse debet,si vir matrimonii onera nō sufferat Et q̄uis Alex.in.l.ii.in princ.respondeat rationes illas Bal. nō multum vrgere quia licet maritus vxorem non alat,alit veruntamen se & liberos,hanc sanè responsionem in casu nostro ineptam valde existimamus cum liberi nulli extent.Itaq; cū vir non alat vxorem neq; liberos licet se ipsum alat nō propterea sequitur onus matrimonii eum sustinere posse dici,quoniam nullo etiam extante matrimonio a semetipso sese exhiber ideo apparet rationes Baldi in casu nostro optime cōuenire : Hanc opinionem firmat. Soci.in.d.l.ii.in princ.per doct.Ioan.And. in addi. spec. in.d.titulo.& §. in

16 additione incipi.quia hic de bānito &c. * vbi inquit si nolit cum marito excommunicato vxor particeps esse, dotem repetere potest,ergo fortius quando recessit à viro cogente necessitate ob maximam scilicet viri immanitatem: Et haec ab vtraq; parte tam viri quàm vxoris & etiam à domino iudice consultus respondi.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

Menia

1 Mensa nummularia est vniuersitas quædam debita & credita continens sicuti peculium, dos, hæreditas, & similia.
2 Mercantia mariti venit in obligatione dotali, vel expressa hominis, vel tacita legis.
3 Generalis expressio tantum in rebus singulis operatur, q̄tum singularis in eisdē rebus singulis.
4 Mulier Iudaicam prauitatē colens iisdē in dote priuilegiis gaudet quibus & mulier ortodoxa.
5 Hypoteca dotis expressa non facit quominus legalis tacita duret.
6 Hypoteca est obligatio realis & quemlibet possessorem sequitur.
7 Vniuersitas obligata q̄uis in singulis rebus mutetur, obligata nihilominus remanet.
8 Vniuersitas semper eadem remanet, licet singula in vniuersitate contenta mutentur.
9 Taberna est nomen loci, & per consequens res singularis est.
10 Taberna vendita, locus sine vsus ipsius, non vero res in ea existētes venditione cōprehenduntur.
11 Mercium appellatione res tantum mobiles continentur.
12 Veritas & ratio magis attenditur, q̄ Auctoritates doctorum.
13 Mulier vel eius hæres pro dote in subsidium actionem habet pro precio rei distractæ, quam habebat hypotecatam pro dote sua.

Respon. XIX.

Redemptoris nostri humiliter Implorato suffragio.


AD enodandam difficultatem Ferariæ exhortam in causa filiorum & hære-
dum dñę Helisabeth vxoris olim Isaac Hebræi, Præmitto ꝙ iste Isaac ma
ritus qui à dicta Domina Helisabeth eius vxore recepit ducatos septingē
tos pro eius dotibus eo tempore nūmulariam mensam habebat, cui pecunias sub pi-
gnoribus mutuando præerat, & publiceæ fœnerando, describendoq; debita & credi-
ta huiusmodi negociationis in Calendario seu libris rationum ad huiusmodi nego-
1 ciationis mensam destinatis. ❧ Quæ mensa seu mensæ negociatio vniuersitas quędā
est continens debita, credita, & alia in ea contenta sicut hæreditas, dos, peculium, & id
genus similia, est tex. & ibi notat Bar. in. l. cum pater § mensæ. ff. de lega. ii. vbi tenet p
illum tex. ꝙ mensa huiusmodi vniuersitas quædam sit non vero res singularis seu par
ticularis, quem ibi Raph. Commeñ. Pau. Castren. Ioan. de Imol. & Alii cōmuniter
sequuntur, additq; idem Raph. de trafico & calendario idem dici oportere. per. l. qui
filium. ff. de lega. iii. pro quo facit etiā. l. qui testamentum. ff. de proba. & l. prædiis. in
prin. ff. de lega. iii. quæ mensa pro dote. d. Helisabeth obligata fuit ne dum ex hypo
teca expressa facta in instrumento dotali de omnibus bonis p̄sentibus, & futuris cu-
iuscunq; generis & conditionis, sed etiam ex tacita legali per tex. in § fuerat. insti. de
actio. & in. l. vnica § i. C. de rei. vxo. actio. l. vbi adhuc. C. de iur. dot. ibi Cin. in ver. v.
2 q̄ro &c. & Saly. in. x. q̄ōne. ❧ Videntᷣ velle ꝙ etiam negocium mercis alicuius, & sic
vniuersitas existens in bonis mariti sub generali hypoteca veniat vel hominis, vel
legis quod etiam probatur per tex. in. l. satis notum. C. in quib. cau. pign. vel hypo.
tacit. contra. item probatur ratione, quia nemo dubitat quin vniuersitas specifice, &
expresim pignori obligari queat. l. grege. in prin. ff. de pigno. e. cum Bertholdus. de
3 re. iudi. igitur venit sub generali hypoteca, aut hominis, aut legis. ❧ Regulariter
quantum singularis dispositio operatur in rebus singulis expresis tantum in eisdem
4 operatur generalis expressio. l. si chorus. in prin. ff. de lega. iii. ❧ Et hanc generalem
hypotecam etiam legalem habent dicti domina Helisabeth & eius hæredes filii nō

obstante q̄ Iudaicam prauitatem colāt notāt canonistę omnes in.c. gaudemus. de diuor.& moder. maxime Ias. in § fuerat.insti.de actio. immo etiam si hypoteca expressa generalis,atq; plena non esset tamen per eā non est recessum ab ista generali tacita per legem pro dote cōcessa cum hoc nominatim in instr̄o dotis cautum inueniamus videlicet q̄ per hypotecam ibi expressam tacita a iure inducta nō aboleatur
5 sed in sui roboris firmitate perduret. ❧ Tū quia hoc est de iure,vt fauore dotis per expressam hypotecam specialem non intelligatur hypotecæ legis generali detractum,& plene Renunciatum Bal.moder. in Tracta. dotium in.vi.parte.in.lxviii. speciali allegans. glo. Cin. & alios communiter id probantes in.l.fina.C.de pact. conuen. cum itaq; ex prædictis appareat vniuersitatem.d.mensæ nummulariæ hypotecatam pro dote vxoris fuisse,quæ vniuersitas sic hypotecata vendita postea fuit cuidam alteri Hebræo per dictum Isaac maritum, patet q̄ in dictum emptorem &
6 eius hæredes ac successores cum onere dictæ hypotecæ dotalis transiuit, ❧ Hypoteca enim onus est reale & possessorem quemlibet sequitur.l.pignoris.C.de pign.
7 .l.pignoris.&.l.si fundus § vendicatione.ff.eo.l.fi.C.si vnus.ex plu.hære. ❧ Et dato q̄ omnia ac singula credita aliaq; particularia in dicta mensa tunc existentia sublata extinctaq; solutione,vel alio modo fuerint, ita q̄ vniuersitas tota mensæ prædictæ nouata fuerit,durat tamen pignus & hypoteca in dicta mensa per tex. expressum in.d.l. grege. in princ.ff. de pigno. vbi dicitur q̄ grege legato & si prioribus capi
8 tibus decedentibus totus grex nouatus fuerit nihilominus pignori tenebitur. ❧ Nec est mirum quoniam licet singula sub vniuersitate contenta mutentur tamen eadem semper vniuersitas erit.l. proponebatur.ff.de iudi.l.Marcellus.ff.de rei.ven.l.si ipsa res. in finc.ff.q̄ met. causa.l.peculium. in prin.ff.de lega.ii.l.Imperator § fina. eo. tit. .l.rerū mixtura § fin.in fin.ff.de vsucap.l. grege.l. si grege.ff.de lega.i. Idq; sic adeo verum existimatur, vt q̄uis vniuersitas tota mutata sit primis singularibus rebus penitus peremptis & earum loco aliis positis,quod procedit etiam si nouatio non sit ex fœtibus ac descendentibus priorum capitum, sed aliunde vt expresse glosatores notarunt in.d.l.grege.in prin.versi.tenebitur.ff.de pigno. ex his constat Responsio ad iura in quibus præcipuum fundamentum aduersa pars facit,quę iura volunt cum quis habet nomina seu credita pignorata vel hypotecata sui debitoris vel pignora, quæ suus debitor habebat a debitoribus suis,tunc facta solutione debitori suo extinctum est nomen q̄ ipse debitor aduersus debitores suos habebat,& per consequens iura pignorum,quæ ipse habebat a suis debitoribus, sic quoq; extincta est hypoteca,quam quis habebat in illis nominibus & iuribus pignorum dicti sui debitoris.l.nomen.C.quæ.res.pigno.obli. pos.traditur.in.l.ii.C.de. noua. facit.l.grege § cum pignori.ff.de pigno.& q̄ notat Alex.consil.xvii.lib.i.nam si recte prædicta iura intro spexerimus nihil obstant quoniam solum procedunt quo ad illa nomina & pignora singularia,quæ sunt extincta non veruntamen negatur quin remaneant alia obligata,quæ non sunt extincta & licet admiserimus oia priora nomina & pignora esse extincta non propterea negant dicta iura,quin hypoteca in aliis nominibus, pignoribus, & rebus in ipsa vniuersitate hypotecata additis subrogatisq; restet, nec id negare potuissent propter.l.quæ in terminis aduersaretur illis iuribus videlicet.l.grege.

in prin

in prin.ff. de pigno.& contra alia iura, quæ huic.l.concordant maxime.l.Imperator §.fina.ff. de lega.ii.per quem tex.Ita in propriis terminis cõcludit Bal.in.l. vbi adhuc col.v.versi.tunc ego formo tibi quæstionem, iuncto versi.præcedenti.C.de iu.dor. Reliquũ est duntaxat respondere ad vnum in quo forsitan aduersa pars fundamentũ tenue facere posset,si dixerit prędicta procedere quo ad nomina & iura pignorum ac alias res quæ reperiuntur in ipso negocio mensæ tẽpore mortis debitoris idest Isaac mariti,quia verum est illa esse obligata & hypotecata pro dicta dote etiam si non erant in negocio mensæ tempore contractæ hypotecæ sed subrogata tantũ per.d.l. grege. cum concordant. at quidem secus quo ad illa,quæ fuerunt posita in negocio mensæ post mortem dicti Isaac debitoris per tex.in.l. cum tabernam.in princ.ff. de pigno.in illis verbis Respondi ea quæ mortis tempore debitoris reperta sunt in taberna pignori obligata esse,igitur à cõtrario sensu quæ in taberna reperta nõ sunt dum moritur debitor pignori non tenent̃,sed ista bona seu iste res, quæ nunc existunt in.d.negocio mensæ,non erant tempore mortis.d.Isaae debitoris, ideo in eis hypoteca locum non habet per.d.l.cum tabernam.inductum à contrario sensu vt supra,ipse tamen omnibus his responderim in primisq; placet.d.l.qui tabernam. ad propositum nostrum nequaq̃ facere lex ibi non loquit̃ in vniuersitate obligata, sed
9 in rebus singularibus. ✱ Nomen enim tabernæ dicitur nomen loci, & sic nomen
10 singulare. ✱ Ideo vendita taberna intelligitur venditus locus vel vsus quem quis in loco habet,non autem merces inibi existentes.l.qui tabernas.ff.de cõtrahen.emp. illa ratio redditur,qa locatũ appellatione loci regulariter nõ venit.l.fina.ff.de suppel. lega.tamen vbi non agitur de dominio sed de hypoteca,speciale tunc est ꝙ loci appellatione,idest tabernæ comprehendantur merces locatæ.d.l.cum tabernam.quod ideo est receptum propter modicum præiudicium de quo in hypoteca agitur declarat Bar.in.d.§.mensæ. ex hoc sequitur,ꝙ illæ merces in casu.d.l.cum tabernam.nõ veniunt vt ius vniuersale sed vt res singulares, quia veniunt vt locata & vt res existẽtes in loco tabernæ,quod patet in.d.l.cum tabernam.ibi merces,quæ in ea erant,item ibi easq; in eam tabernam intulerit,& ibi omnia quæ ibi deprehendũtur & ibi ea,quę mortis tempore debitoris in taberna inuenta sunt,vnde succedit cõclusio, ꝙ vbicũq; locata appellatione loci veniunt tunc vt particulares res nõ vt ius vniuersale veniũt ideoq; iura non continent̃,sed corporalia tm̃.l.prædiis §.patet.ff.de lega.iii.ratio est quia cum veniant,vt res existentes in loco non potest dici ꝙ veniãt vt ius vniuersale,quia vniuersalia & iura vniuersalia non sunt in loco, vt notatur in.l.à Diuo Pio §. in vẽditione.ff.de re.iudi. per tex.in.l.Gaius.in prin.ff.de lega.ii. & in.l.vxorẽ §.legauerat.ff.de leg.iii.facit glo.in.c.Abbate.in versi.constituerimus.de re.iudi.lib.vi.& ꝙ in.d.l.cum tabernam.non contineantur merces vt vniuersitas,neq; vt ius vniuersale nũmulariç mensæ vel alterius negociationis patet,quia ibi non veniunt nomina &
11 iura cum merces duntaxat complectantur vt ibi cauetur. ✱ Et mercium appellatione res mobiles tantum significantur.l.mercis.la.i.ff.de verbo. signi.Itaq; huic consequens est non contineri iura sub nomine mercium, quæ iura neq; appellatione mobilium,neq; immobilium veniunt.d.l. à Diuo Pio §.in venditione. Ibi notat̃, & est tex. optimus in iure peregrinus,in.l.i.C.de præto. pig. & si obiiceretur quare ibi

veniunt et merces suppositę loco primarũ. Respondeo cum res subsequentes fuerint comparatę ex precio primarum distractarum quodammodo illæ suppositæ vinculo hypotecæ tenentur dummodo tempore vitæ debitoris sint suppositæ & nõ post eius mortem, sicut in simili dicitur de aliis rebus particularibus ꝙ si fuerint hypotecatę adiectiones accessionesq; additę tempore principalis debitoris nõ etiam hæredis vel successoris rebus illis principalibus accedũt. l. Paulus. in prin. & § i. ff. de pign. cũ itaq; Iureconsultus in. d. l. cum tabernã. in particularibus & singularibus loquatur, patet ꝙ in vniuersalibus, in quibus iura absq; distinctione dicunt vniuersitatem q̃uis nouatam obligationi ac hypotecæ suppositam remanere, non id procedit, quandoquidẽ illa ipsa vniuersitas semper dicatur. d. l. grege. ff. de pigno. cum simili. cum ergo ipsa . l. grege. indistincte in vniuersalibus loquatur, non debet restringi per illam. l. cũ tabernã. in particularibus in qbus diuersa est ratio loquẽtẽ, ratio est q̃m particularia seu singularia non semper durant eadẽ, vti eadem durant vniuersalia semper licet omnia particularia sub eis contenta sæpissime mutentur per iura superius adducta, quæ ratio cum generaliter concludat in vniuersalibus apud quencũq; fuerint debet operari ꝙ . d. l. grege. ff. de pigno. generaliter intelligatur ad quencũq; vniuersitas transeat iuxta . l. regula. ff. de iu. & fac. igno. in fi. & hic verissimus est intellectus ad. d. l. cum tabernam. licet Aliqui contrarium tentauerint.

12 Sed rationem & veritatem seruabimus magis q̃ illorum, qui non intellexerunt legem auctoritates. c. veritate. & c. consuetudo. viii. distinct. & posito etiam quod minime tñ concedimus. d. l. cum tabernam. in vniuersalibus loqui, tamen non procederet vbi successor continuauit negocium & mercatutam prædecessoris, vt ibi Bar. sentit. item non procederet contra dotẽ quia cum mulier non possit doris causam expresse deteriorem facere ne in dotata remaneat, ita nec tacite veluti si alienationi vniuersitatis non contradiceret & rei sibi tacitę hypotecatę ex dispositione legis cum in illa hypoteca legali nequeat sibi præiudicare vel tacite vel expresse vt notat. Bal. moder. in Tract. dotium. in. vi. parte in. lxviii. speciali. in versi. allegabatur tandem incontrarium, vsq; ad finẽ illius specialis & hæc ipsæ responsiones recentes; veræ quidem probabilesq; sunt non multum tamen necessariæ, prima nanq; quam ipse dedi est ipsa veritas cęterisq; omnibus veritate antecellit omnem diluens difficultatem, & hæc procedunt quo ad dictum negocium nummulariæ mensæ.

Superest dubium de iure seu iurisdictione mensæ, Quam habebat dictus Isaac & quam ipse alteri iudeo vendidit pro ducatis septingentis in quo proculdubio dico ꝙ Dña Helisabeth seu eius hæredes in illa habuerunt, & habent hypotecam pro dote prędicta quoniam hypoteca generalis hominis, vel legis continet etiam iura & incorporalia omnia, quæ hypotecæ tradi possunt. l. nomen. C. quæ. res. pig. ob. pos. Vnde ad quencunq; transiuerint per. d. Dñam Helisabeth, vel eius hæredes pcti & p hypotecariam euocari eisq; ad iudicari debebunt neq; auocatio huiusmodi vel adiudicatio inutilis erit, si enim ipsi nolent aut non possent negocium mensæ exercere habebunt tamen ibi illud ius siue iurisditionem venalem & poterunt illam vendere aliis Iudæis professionis istiusmodi, nam & nobis iura concedunt illa beneficia, quæ possunt nobis prodesse dum illa promercalia inscribimus. l. filium. versi. erit ergo venale beneficium 13

le beneficium.ff.de bon.possess.cont.tabul.habemus tex.expressum in materia hypotecę.in.l.sed an vię.ff.de pigno.vbi hypotecam habere possumus etiam in iuribus q̄ vendendo vsui nobis esse possunt, Et hęc sufficiāt quo ad istud ius seu iurisditionē
13 qm̄ nullam de ea difficultatem inuenio neq; qcq̄ qđ vrgeat adduci video. ✤ Nec me præterit q̄do dicti hęredes aliis remediis destituti forent in subsidiū haberent petitionem & ius petendi contra.d.emptorem huius mensę & hæredes ipsius ad preciū qđ ipsi habuerunt ex.d.mensa, quam rursus cuidam tertio venditam fuisse dicit͛ iuxta doctrinam.glo.& Bar.ac Bal.in.l.i.ff.de distract.pigno.& Cin.Bal.Sali.Pau.Castr.& alioꝝ in.l.mater tua.C.de rei.uē.Verum hoc remedio minime opus est cum alia de quibus supra eos vberrime iuuent.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Liber rationum pro scribente vel eius hærede regulariter non ꝓbat, & qñ id notabiliter fallāt.
2 Libro priuato plene creditur cum iuramēto producētis, & ad eius fauorē si verisimilia cōtineat.
3 Emptio præsumitur ex temporis longi possessione non fraudolosa si modo allegetur.
4 Retentio creditori conceditur in re debitoris etiam non obligata.
5 Ius canonicum in quo ciuile ius corrigat circa præscriptionem.xxx.annorum.
6 Bona fides in eo qui annis.xxx.sine titulo, & sine contradictore possedit semper præsumitur.
7 Animus scribentis ex libro rationum suarum probatur.
8 Clausula testamenti per quā relinquitur vxor dña vsufructuaria &c.quonā pacto interpretetur.
9 Titulus putatiuus sufficit ad perscriptionem implendam.
10 Scire nos & cognoscere ea, quæ apud nos reperiuntur lex præsumit.
11 Fidem de precio habitam intelligimus si vendita res simpliciter tradatur.
12 Possessio patris & filii hæredis continuatur iungiturq; simul.

Respon. XXI.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



IN lite mota per.D. Gentilem aduersus Lucam super tertia parte cuiusdam Palatii de quo in scripturis & ꝓcessu, q̄q̄ dici soleat non facile posse discerni quis arma iustius induat, oibus tñ dilligēter pensatis Arbitror iure ipsum Lucā validiore vti dū excipiēdo se ip̄m ab aduersaria defendit, ꝓpterea absoluēdū esse.
Dico itaq; si recte cōsideretur dictus Lucas se Dominū totius palatii plene probauit vel saltem tale ius in toto palatio habere vt illud retinere posit spreta vendicatione, quā D.Gentilis intendit, Lucas iste emit.d.palatium à Iacobo quodam, qui Iacobus p licitationem idem palatium emerat vnde cum reperiat͛ ei facta venditio & in eum possessio translata patet ꝙ ei fuit acquisitum totius Palatii dominiū.l.traditionibus.C. de pac.& q̄uis nō reperiat͛ instrumentū publicū de huiusmodi venditione de ea tñ constat in libris & memorialibus ꝑ Alexandri notarii vt in processu videre est, quę ꝓ
1 batio isto casu optime cōcludit. ✤ Et si rationum liber pro scribente vel eius hærede non probet regul͛r.l.exemplo.C.de ꝓbat.nonnunq̄ tamen hoc fallit pręsertim q̄do in libro rōnū descripte sunt plereq; rōnes, quæ p alias veras ꝓbationes ꝓbari possunt & ipse liber in nulla parte de mēdacio posit argui tñ etiā ꝑsumit͛ ꝓ aliis rōnibus inibi descriptis, quæ aliis probationibus nisi his ꝑsumptionibus iuuari non possunt

licer magnę q̃titatis sint soli libro tūc creditur ḟm Paul. Castren. cōsil. cxxxviii. incip.
ad bñ examinādū &c. Quē refert & seqtur Aret. in §. Actionis. insti. de Actio. in mate.
tutellarum. q. xiii. & Ias. in Repetit. l. Admonendi. col. lii. & col. celiii. versi. v. principa
liter &c. ff. de iureiur. sed clarꝫ est ꝙ rōnes ꝑmultę in lib. d. ser Alexandri possunt ꝓba
ri & verissimas dici p alias legitimas ꝓbatiōes igiť credendū est ꝙ & in ista rōne eius
2 dem libri ipsa veritas cōscripta fuerit sicq; illi standū. ✠ Cōfirmanť ꝑdicta qm̄ rōnum
libro adscribentis fauorē plene credimus qñ verisimilia inscripta sunt inspecta nego
cii qualitate, nā pp verisimilia libro priuato cū iuramento scribētis vel illū ędentis ad
sui fauorē statur. Bal. in. l. i. col. fi. C. de eden. vbi dicit hoc ꝓcedere maxime qñ diffici
lis est ꝓbatio citat. l. siqs ꝓ redēptione §. penul. C. de dona. Idē Bal. in Rub. C. de fi.
instr. col. xviii. refert & sequiť. Ias. in. d. l. admonendi. col. lii. versi. quarto principaliter
&c. ff. de iureiur. fili. in. c. ii. col. vii. versi, fallit. ii. de fi. instr. Enimuero in casu nr̄o ꝑdi
cta oia simul cōueniunt, Respondeo primū nō facilis est probationis cum pp lōgitu
dinem temporis tū ob scripturas & prothocolla notarii deperditas, cōcurrit etiā mul
tiplex verisimilitudo cum in ꝓcessu citatio quædā inueniať ad instantiā quorūdam
creditorꝫ p quam ita rem fuisse gestam suspicari possumus, item quia anno. 1500. ser
Alexāder prædictus fuit descriptus in libro camerę fiscalis debitor Liuelli sup ipso pa
latio positi, itē idē ser Alexander soluit alios liuellos debitos antea fecitq; ipse solus
q̃plurimas vtiles impensas in palatio prædicto mediante inglino quodā, vt in publi
co documento apparet qđ verisimile nō est illas fecisse si socios in. d. palatio habuis
set & ip̄e solus dominus eiusdē palatii nō fuisset, Pręterea ser Alex. & Lucas, eius filius
ab anno. 1512. hucusq; soli possiderūt. d. palatiū totū sciētibus & pariētibus ꝓauia &
auia ip̄us. D. Gētilis. Quare dico ꝙ stāte. d. libro & multiplici verisimilitudine cū. d.
difficultate alr̄ ꝓbādi stabiť iuramēto ip̄us Lucę de. d. venditione, q potuit de ea hr̄e
sciētiā vel qa fuit pñs venditioni, vel p ispectionē instr̄i vēditionis aut alio mō legiti
mo ēt si aliæ rōnes libri pr̄ni nō possint alr̄ verificari vt ex ꝑfatis patet, & p hoc cōper
tū fit nō obstare Respōsiones aduersę ptis qñquidē ille tēdūt cōtra singulas. d. cōiectu
ras sed oia isimul iūgēdo vt dixi intētio ip̄us Lucę plene ꝓbať, Nec ēt obstat ꝙ instr̄o
cōfessionis. D. Iulianę nō fiat mētio de subhastatione sed tm̄ dicať ꝙ ip̄a vendidit pr̄i
D. Lucę domos ꝑdictas qa hoc libro ip̄us pr̄is nō cōtradicit, in libro. n. eius res enar
rať ḟm modū & ordinē seruatū, in cōfessione vero ḟm effectū qm̄ effectualr̄ ipsa vē
didit ex quo vēdita fuit p aliū cōsensu mādatoq; eius, q̃ venditio ad vtilitatē ip̄us. D.
Iulianę ptinuit, qa ꝑciū fuit ip̄i. D. Iulianę datū & vt liber ip̄us pr̄is cōcors fiat cōfessio
3 ni ip̄us. D. Iulianę, nō verba sed efectū vtriusq; ispicimus. ✠ Quinimo & plus est, dicen
dū satis vr̄ ēt sine iuramēto ip̄ius Lucę stādū sit libro. d. pr̄is cōcurrētibus ꝑdictis cōie
cturis maxime lōgi tpis possessiōe absq; cōtradictore aliquo p eaq; in fortioribus ter
minis notat. D. Hip. de Marsiliis in rep. Rub. de ꝓba. col. lxiiii. cū tribus seq. ver. & pp. d.
regulā, vbi nō cōcurrebāt libri nec memorialia aliq̃ nec iuramentū, nec ēt tot cōiectu
rę de qbus supra sꝫ lōge pauciores leuioresq; & tñ vult titulū emptionis ꝑsumi si pars
eū alleget pp lōgā possessionē rei cōuēti tacente & nō cōtradicēte aduersario & ibi cō
currebāt cōiecturę tenuiores debilioresq; q̃ cōiecturæ & ꝑsumptiones de qbus i casu
nr̄o, ibidē subdit casuꝫ illū à se positū ita in terminis decidi p Barba. cōsi. xxxvi. lib. iii.

incipi. viso puncto &c. col. vi. &. vii. quę omnia videantur omnino ad ppositū istud, qm̄ ex illis constabit hunc casum esse clarissimū respectu casuū de quibus p eosdē doctores, vbi volunt titulum allegatum præsumi & plene probari. Non obstat si dicat͛ q etiam veritate p̄missa & pbatione. d. tituli venditionis cessionisq̄ factæ à. d. Iacobo venditore ser Alexandro patri nō constat Dominiū fuisse translatum in dictum ser Alexandrū, cum nō fuerit idem dominium penes Iacobum auctorē eius cui Iacobo nō fuit res tradita & maxime quia nō cōstat. d. ser Alexandrum soluisse preciū rei emptę iux §. venditæ. insti. de rer. diui. Responderim ipse q immo factus est dñs . d. palatii, Nam certum est si traditio fuisset facta § Iacobo ipse dñs effectus fuisset vigore venditionis ei factæ p iudicē quæ solet habere vim venditionis factæ à dño quo ad dñiū rei transferendū. l. elegāter. in prin. ff. de pigno. actio. faciūt quę habentur in. l. à diuo pio. ff. de re. iudi. cū similibus, igit͛ eodē modo debet esse dominium trāslatū ex traditiōe facta § Alexandro cessionario & successori ipsius Iacobi, qui. n. in ius succedit alterius iure illius vtitur. c. his q in ius. de regu. iur. lib. vi. & idem si nō sit tradita sed illā possidenti vel tenenti dicto titulo res sit cōcessa §. interdū. insti. de rer. diuisio. Pręterea dato sine piudicio veritatis q in ser Alexandrū & Lucā eius filiū nō fuisset translatū dominiū ex titulo illo, saltē tamē ei retentio cōpetit per. Doc. Bar.
4 in. l. si nō forte §. si centū. ff. de cōdic. inde. ● Vbi quotiēs res puenit ad aliquē ex cā debiti talis res pōt p illo debito retineri licet in illa nullū ius reale fuisset cōstitutū.

Secundo principaliter pro ipso Luca adducemus si prædicta nō procederent tñ ipse ser Alexander eius pater p̄scripsit totū palatiū de quo agit͛ illud totū possidendo ciuiliter & naturalr͛ per annos. xxx. iuxta. l. sicut. &. l. cū acutissimi. C. de Præscrip. xxx. vel. xl. annoꝝ, q̄ ēt præscriptio sine titulo locū habet saltem quo ad ius retentionis q̄ñ retinens est malęfidei, vel ēt quo ad dominiū si bonę fidei possessor sit. l. si quis emptionis §. i. C. de p̄scriptio. xxx. annoꝝ. iuncta. glo. in versi. simili. quā ibi sequunt͛. Cin.
5 Bar. Bal. Ange. Saly. & alii cōiter. ● Et quis illud, quod mala fide. xxx. annis præscribat͛ sit correctū de iure canonico s̄m cōem opinionē vt notat͛ in. c. fina. de p̄scri. tñ q in ea titulus nō sit necessarius correctū minime reperitur, q̄re pcedit. d. præscriptio ēt sine titulo. Nec obstat si dicat͛ q licet. d. pręscriptioni non obstet defectus tituli tñ
6 obstat defectus bonę fidei iure canonico inspecto, qđ in hoc debet seruari. ● Qm̄ respōdeo ex. d. possessiōe. xxx. annoꝝ sine aliquo cōtradictore p̄sumit͛ bona fides ēt si de ea aliter non constet secundum Bar. per illū tex. in. l. fi. in fi. C. vnd. ui. Inno. in. c. cū venissent. de in integ. resti. Imol. in. l. Cælsus. ff. de vsuca. Abba. & alios. in. c. si diligenti. de p̄scrip. immo ēt sine cursu tanti tpis p̄sumitur bona fides ex pbabilibus rōnibus & cōiecturis s̄m Inno. in. d. loco. & Bal. in. l. i. circa mediū. C. de re. alie. nō aliena, q aūt subsint isto casu rōnes & cōiecturę p̄sumēdi bonā fidē in ipso ser Alexandro p̄re patet ex his quæ retulimus in. i. fundamento principali. Nec obstat si dicat͛ nō cōstare ser Alexādrū totū palatiū possedisse qa potuit illud tenere p iure suo hereditario tm̄ iuxta ea q̄ hñr. in. l. Sabinus. ff. cōmu. diui. Respōdet͛ id imo cōpertū esse, possessio. n. & aio & corpore qritur. l. iii. in prin. l. quemadmodū. ff. de acq. possess. qđ aūt corpore totū palatiū possederit ser Alexander nō negat͛ neq̄ inficiari pōt, q aūt aio id possederit totū & sic ēt quo ad ptes cohęredū patet ex. d. libro rōnū ipus ser Alex.

qui scripsit se totũ palatiũ emisse & sic manifeste oñdit se habere aium tenẽdi & pos
7 sidendi rõn e dictę emptionis hoc totũ palatiũ. * Quia aius scribentis plene ꝓbat ex
solo libro rõnum suaꝝ etiam in eius fauorem.l.nescennius.ff. de nego. gest. notant.
Bar.& Alii.in.l. Admonendi.ff.de iureiur.canonistę.in.c.si.de.fi.instr.& dato ꝙ auia
.d.Dominę Gentilis post amissam possessionem.d.Palatii redierit ad cohabitãdum
cum.d.Luca non per hoc ideo possessionem vllam quæsiuit quæ iam ipsi Lucæ quę
sita erat in toto palatio,ibi duntaxat familiaritatis iure Auia cohabitauit.l.qui iure fa-
miliaritatis .ff. de acqui. possess. & patet ex confessione ipsius Auiæ de qua in-
instrumento.vbi fatetur se palatium illud vendidisse § Alexãdro prædicto ideo nul-
lo iure ibi habitans non dicitur possedisse. Nec etiam obstat ꝙ nulla præscriptio po-
test nocuisse dominæ Luciæ ex quo ipsa non poterat agere ad partem suam palatii
8 propter matrem,quæ erat usufructuaria, id enim expresse negamus. * Cum ex illa
clausula testamenti per quam vxor relinquitur Domina & vsufructuaria non quærit-
ci vsusfructus quando filius vel filia instituitur hæres iuxta notata in.l.titia cum testa
mento § titia.ff.de lega.ii.
Possumus quoq; pro dicto Luca aducere quia pręscriptione saltem longi temporis à se
iusto titulo facta & bona fide quoniam ab obitu § Alexandri sui patris vsq; ad tem-
pus motæ litis ipse Lucas solus possedit prædictum palatium annos decem & octo,q̃
possessio & si decem annorum tantum fuisset sufficeret quidem ad præscriptionem
implendam,huiusmodi nanq; spatiũ inter præsentes idoneum habet, cæterũ aduer-
saria eius in eodem territorio domicilium contrahit & cum hac possessione ipse Lu
cas titulum saltem putatiuum ac bonam fidem ex libro paterno in quo fit mẽtio de.
d.titulo suo qui adeo liber sufficit ad faciendum dictum Lucam bonam fidem & titu
lum saltem putatiuum habere secundũ Imol. post.Bar.in.l.celsus.col.i.ff.de vsuca.
9 Bal.in.l.super longi.C.de longi.tem.præscrip. * Qui putatiuus titulus idoneus est
ad præscriptionem perficiendam secundum Bar.Alex.& alios in.d.l.celsus.ff.de vsu
cap.& Bar.in.l.ꝓprietatis.C.de probatio. & in.l.at qui § cũ me absentẽ.ff.de nego.
ges.Nec obstat quia constet.d.Lucam non vidisse patris sui librum nisi eo tempore
quo illum edidit in iudicio,ideo non potest dici ab eodem libro bonam fidẽ in eum
10 esse profectam. * Respondeo ipse ꝙ Lucas præsumitur eundem librum vidisse
inspexisse,cognouisseq;,saltem illico mortuo patre suo, & sic eo ipso ꝙ eundem li-
brum in sui potestate habebat per. Tex.cum ibi notatis in.l.non est ferrendus. ff. de.
transac.in.c.constitutus.de testi.Non obstat etiam si diceretur in libro patris de so-
lutione precii non apparere & sic non constat de titulo perfecto emptionis & vendi
tionis, quia Respondeo ad perfectionem tituli prædicti non oportere precium esse
11 solutum præsertim cum sufficiat habitã esse fidem de precio. * Quod in dubio præ
sumitur cum rem simpliciter emptori traditam fuisse dicimus § venditæ.iuncta.glo.
in verbo emptoris &c. insti.de rerum.diui. Quapropter ipse Lucas videns cogno-
scensq; pariter domum apud patrem suũ & omnino ab eo possessam potuit ex his
habere titulum putatiuum perfectum putans eum soluisse precium vel ei saltem
de precio fidem fuisse habitam ex quo nullo contradicente palatium tenebat ac
posidebat.

Illud

Illud quoq; nouissime aduxerimus citra tamen veritatis præiudicium licet f Alexander per se & Lucas eius filius per se nõ perscripsissent, potest tamẽ dici q; ambo simul præscripserunt, per multos quidem annos dictus ser Alexander præscribere cœpit & in possessione palatii perdurauit ad obitum vsq; eius in cuius postea possessione Lucas filius vsq; ad tempus motæ litis perseuerauit & sic cursu triginta annorum & vltra
12 præscripserunt ambo simul. Quorum possessiones patris scilicet & filii recte cõtinuantur, atq; coniunguntur. l. eius. alias hæres. ff. de vsucapio § diutina. insti. de vsucapio. Itaq; nullo titulo opus fuit.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 In fideicommisso generali seu vniuersali quæ res comprehendantur.
2 In fideicommisso vniuersali siue generali quæ non veniant.
3 Diuisio simplex facta per patrem inter filios, vel ordinatio quædam esse dicitur, vel in peculium concessio non autem donatio.
4 Concessio bonorum suorum ex certa scientia & motu proprio facta si in alium contractum nõ cadat donatio æstimatur.
5 Verba ista, assigno & do, inter filios in potestate, peculii concessionem significant, at inter emancipatos donationem.
6 Idem ius, quod est in cãusante, est etiam in causato.
7 Clausula ista omni meliori modo & c. quid operetur.
8 Causa alicuius actus cognoscitur per similitudinem in suo effectu.
9 Mens disponentis ex præcedentibus etiam ex interuallo deprehenditur.
10 Donans mortis causa, si adiiciat, vt non possit eam reuocare, inter viuos donationem facit.
11 Defectus in persona, non autem in forma minime nocet.
12 Faciens aliquem actum videtur in dubio secundũ ius cõe facere nisi expresse cõtrariũ appareat.
13 Confirmans actum non creditur in dubio aliquid noui addere, sed simpliciter confirmare.
14 Confirmans simpliciter actum inualidum, dicitur eum validare qñ scit actum illũ esse inualidũ.
15 Confirmatio principis facta ex certa scientia operatur tria in actu inualido.
16 Renunciatio fideicõmissi paterni inter fratres non solũ ipsis, sed etiam eorũ hæredibus nocet.
17 Iuri de futuro quonam pacto renunciari possit.
18 Renunciatio simplex fideicommissi an & quando conditionale fideicõmissum cõprehendat.
19 Cautela vt iuri de futuro renunciari possit.
20 Clausula, q; partes promittunt oia & singula firma, rata & grata habere quid q̃tũue significet.
21 Renunciationes factæ per partes in cõpromisso, quod postea sententia nõ est sequuta irritæ fiũt.
22 Compromissum factum contractus imperfectus dicitur non sequuto laudo.
23 Quod est in actu referente etiam in actu relato esse creditur, & econtra.
24 Ratio impulsiua quæ dicatur.
25 Sumptum non probat quãdo prothocollũ habet diuersa verba, ideo creditur prothocollo tñ.
26 Notarius errorẽ suũ circa negociũ partiũ nõ potest ex interuallo corrigere, nisi Iudex cõsentiat.
27 Notarius potius in transcribendo contractũ errasse præsumitur, q̃ vt se ipsum corrigere voluerit.
28 Duas quartas de fideicommisso conditionali filii togati detrahunt.

Respon. XXI.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



IN causa filiorum ac descendentium nobilissimi Viri Dñi Gregorii de infrascriptis coram nobis dubitatur Primo an bona diuisa data & assignata per. D. Gregorium filiis suis dum viueret subsint fideicommisso,

quod idē in testamento postea reliquit, Secundo quid iuris sit de. v. parte sibi reserua ta num illa fideicommisso contineatur, Vltimo si eam dicamus contineri an & quæ portio possit inde detrahi in restitutione fideicommissi.

Pro enucleatione primi quæsiti præmoneo, quæ res veniant in fideicommisso vni/
1 uersali seu generali, & quæ non veniant. ☙ In quo breuiter dicendum est quantū ad propositum pertinet in tali fideicommisso bona assignata seu prælegata filiis in testa mento comprehendi. l. ex parte § intestato. ff. fami. hærcis. & ibi Bar. idemq; Bar. in l. Marcellus § quidam. ff. ad trebell. Item quæ sunt quæsita hæredi ex testamēto cō tinentur eodem fideicommisso, vt per Bar. ibi necnon quæ sunt in peculio profecti/ tio, & sic quæ non sunt filii, sed patris, æque fideicommisso complectuntur. l. filium quem habentem. C. fami. hærcis. cum ibi notatis notat Bal. in. l. cum virū. versi. quæ/ ro vnum, in substitutione fideicommissaria &c. C. de fideicom. nec mirū quoniam morte patris nihil proprium habet vnus filius magis q̄ alius in illa re peculiari, sed ve nit diuidenda, vt aliæ res hæreditariæ diuidunt. l. certum. C. fami. hærcis. desinit qp/ pe morte patris peculium esse, vt ibi per Pau. Castren. & alios, idem iuris est in rebus quas habet oneratus ex actu facto interuiuos, qui non sola morte sed hæreditatis adi tione cōfirmatur. l. cum virum. vbi Pau. Castr. C. de fideicom. ibi quoq; idē, Corn. cē suit Bar. & Alii in. l. sequens quæstio. ff. de leg. ii. nam tunc dicuntur haberi ex vltima voluntate, q̄n habent ex actu, qui nō sola morte sed hæreditatis aditione confirma/ tur, ideo in tali fideicōmisso veniunt. l. vxorem § testamento. el. ii. in fi. ff. de leg. iii.

2 ☙ Ex his quidē constare pōt quæ in fideicōmisso generali seu vniuersali nō veniant, non. n. illa veniunt quæ grauatus nō habet ex vltima voluntate. d. l. vxorē § testamē to. el. ii. in fi. ff. de leg. ii. Idcirco quæ veniunt ad filios, vt filios nō vt hæredes huic fidei cōmisso minime subiacebunt. Soci. in consil. xlii. col. ii. ver. ex qbus &c. lib. iii. habet in. l. si patroni. in prin. ff. ad Trebel. pptērea inquit Alexander consil. xx. per totum. lib. iii. & in consi. xix. col. ii. lib. v. in fideicōmisso vniuersali seu generali non venire ali unde quæsita q̄ ex testamento seu vltima voluntate licet in testamento quoq; sint te licta propter hanc rōnem in huiusmodi fideicōmisso nō veniunt quæsita ex contra ctu interuiuos licet morte cōfirmato veluti ex donatione inter virū & vxorem, aut ex donatione facta per patrem filio in potestate extra causam aduentitiam, illa enim fideicōmisso prædicto inesse nō creduntur. l. sequens quæstio. ff. de leg. ii. tenet. Corn. consil. ccxxviii. col. ii. in. versi. nec veniunt &c. & col. iiii. versi. & si dicatur &c. lib. iiii. vbi dicit idem fore in donatione cā mortis allegando. Imol. in. d. l. Marcellus § q dam. ff. ad Trebel. ratio est q̄m ista nō dicuntur venire ex vltima voluntate sed ex cō tractu inter uiuos ex quo confirmat sola morte & sic absq; hæreditatis aditione vt notat. Bar. in. d. l. sequens quæstio. & Paul. Castr. Corn. quoq;. in. d. l. cum virū. igit a fortiori idem erit in quæsitis ex cōtractu inter uiuos habente robur illico in uita & nō expectata morte quia regulr in tali fideicōmisso nō veniunt quæ quis aliunde ha bet q̄ ex vltima voluntate. d. l. vxorem. §. testamento. el. ii. in fine. ff. de lega. iii.

His itaq; præmonitis primore visu dicendum videtur bona inter filios diuisa venire in
3 fideicōmisso. ☙ Quia illa diuisio nō est donatio sed ordinatio. l. si pr̄. § si filia. ff. fam. hærcis. notāt. Bal. & Albe. in. l. quotiēs. C. fami. hærcis. aut videt in peculiū cōcessio.

.l.fina.ff.de pecu.lega.l.q fructuarius.ff.de acqui. rerum domi. notatur in.l.si donatione.C.de colla. doctores in.l. filium quem habentem.C. fami. hercisc. Corn.in consil.ccxxviii. in prin.lib.iiii. insignis doctor. Oldra.consil.ccxxxi.incipi.vt eius de quo quaeritur &c. sicq; videntur venire in fideicommisso per praedicta.

Verum Enimuero paucula haec & leuia quidem nos parum mouent quin potius opinor bona haec in fideicommisso minime subintelligi.In primis quia ista non est simplex diuisio habens naturam vltimae voluntatis nec est simplex concessio in peculiũ quo casu contraria procedũt,sed est donatio,quae siue valeat quando fit,siue morte confirmetur iuxta.l.ii. C.de in offic. donatio. non venit in fideicommissum.d.l. sequens quaestio. ff. de lega.ii. cum aliis de quibus supra. Quod autem.d.pater donare voluerit & non simpliciter diuidere,vel in peculium concedere ex multis verbis positis in instrumento dictę diuisionis colligimus,in primis dum narrat,se venire ad illum actum scienter,& motu proprio,quoniam vult ac intendit subuertere praecidere,& resecare contentiones omnes,controuersias,discordias,rixas,lites, quaestiones, causas,& contumelias, quae erant & in futurum forsitan fuissent post ipsius patris mortem inter ipsos eius filios, necnon expensas, litigiorumq; vexationes,quae inter filios praedictos futurae essent,& pro bono pacis cõcordięq; ipsorũ,& quia vult ac intendit fraternitatem existentem inter ipsos filios suos ꝑut ei possibile est cõseruare, ex his sane verbis facillime cernimus q dictus pater assignabat & diuidebat eius bona respectu iuris,& dominii non quidẽ respectu administrationis peculii,ex assignatione nanq; in peculium & in administrationẽ nõ tolleret occasio litis & discordię immo plurimũ oriret dareturq; occasio litibus & discordiis cũ administrãs de administratis rõnem reddere, & reliqua restituere,& de culpa tenet.l.quaedam.ff.de ede. l.Age.C.de transac. vñ cum ex praefatione mens disponẽtis colligat.l.fina.ff.de haeredi.insti.dicendum est q.d.diuisio & assignatio facta fuit per pr̃em vt bona ꝑdicta non essent in peculio,vel simplici administratione,sed vt essent effectualiter ipsorũ fratrum Scdm q diuisa & assignata fuerunt,nec vnus haberet in posterũ aliqd ius in

4 bonis alteri assignatis. Quod cum sit factum ex certa sciẽtia ꝓprioq; motu a sciẽte se ad id nõ teneri,neq; in aliũ cõtractum cadat patet q est donatio iuxta tradita p Imo.in.l.a titio.col.iiii.ff.de verb.obli.p hanc rõnẽ ita in terminis decidit.Corn.in cõsil.ccxxviii.col.iii. ver. sed circa bona &c.lib.iiii.Non obstat q illud cõsilium sit in terminis filii emancipati vt ibidẽ videre est.col.pen.versi.non obstant &c.vbi videt se in emancipatione fundare.s.qd illud adeo ꝓcedat,qa filii emancipati erant Enim

5 uero secus qñ essent in ptãte. Rñdeo ipse Corneũ semetipsum declarare,vt id.s. ꝓcedat qñ vis solũ fieret in verbo,do,aut assigno, tunc inqt q licet illa verba sui nã dñium denotẽt tñ ipsa sola nõ inducerẽt donationẽ,sed cõcessionẽ in peculiũ si referant ad filios in ptãte,sed qñ ad emancipatos relationẽ hñt donationẽ tũc signãt ẽt sine alio adminiculo cũ nõ itelligant eo casu de cõcessiõe peculii, sed qñ vltra illa verba adsunt alia de qbus sup tũc nõ fit dña inter emancipatos & positos in ptãte cũ.d. rõ pariter cõcludat i oĩbus,vt de se p3,& põt.d.rõ iuuari,qa ex verbis ꝑdictis apparet .d.pr̃em iõ voluisse facere illã assignationẽ vt esset pax & cõcordia ꝑpetua iter filios

6 ergo voluit ẽt effectũ huius causae hoc est assignationẽ ẽẽ ꝑpetuã. Id nã q iuris est

in causato quod reperitur, in causante .l. si autem .§. fina. ff. de Aequa plu. arcen. .l. quominus .ff. de flumi. c. quicunq;. i. q. i. c. super gratia. de offi. delega. lib. vi. Confirmo etiam, in eodem instrumento verba hæc apposita sunt, & pater omni meliori modo iure, via, causa, & forma & causis, quibus magis & melius, ac validius potuit & potest fecit partes de quibus ibi quas dedit assignauit &c. Animaduertẽdum ad eam clausulam omni meliori modo causa &c. quæ debuit operari vt facta donatio cẽseatur, quæ est plenior q̃ sit in peculium concessio, melior certe modus videtur per donationem quàm dicto alio modo assignare præsertim ad effectum ad quem tendebat vt tolleretur scilicet occasio, & materia litium & discordiarum, per hanc rationẽ ita consuluit Cor. in dicto consil. ccxxviii. col. iii. & iiii. versi. coadiuuantur etiã prædi

7 cta. lib. iiii. & non immerito vtitur hoc fundamento. Quia in simili videmus q̃ ista clausula omni meliori modo &c. multos similes effectus operatur, nam facit, q̃ vbi actus multis modis fieri potest intelligitur fieri efficaciore modo potentioreq;, vt inquit expresse. Imol. in .l. nemo potest. col. iii. versi. Item adde quia dixit Bal. &c. ff. de lega. i. vbi ex hoc in specie infert ad pulchram decisionem de qua ibi, facit quod inq̃t Corn. in consil. cvi. in versic. non enim &c. lib. ii. vbi dicit q̃ ista clausula operatur q̃ actus habeat effectum potius in totum q̃ pro parte, quod etiam satis conuenit in casu nostro, quandoquidem si iure donationis valeat in totum tenet, si autem iure peculii pro parte duntaxat defenderetur, idest quo ad administrationem, adsunt & multi alii effectus quos habet .d. clausula vt per Alex. consil. lxxx. col. ii. lib. v. latius per Fili. in .c. cum super. de off. delega. pro hac etiam parte possemus cõsiderare verbum illud, dedit & assignauit, vt ponderat. Corn. in .d. consil. ccxxviii. lib. iiii. Et quæ in filiis emancipatis concludunt in suis autem licet necessario non concludant per se, vt ipse. Corn. fatetur ibi. col. iiii. versi. non obstant &c. & moderni in .l. si donatione. C. de colla. satis veruntamen concludunt in casu nostro ꝓpter alia fundamẽta coadiuuantia vtsupra, & menti patris probatę per .d. fundamenta verborum proprietas cõgruit cum ex significatu proprio illorum verborum Dominii translatio denotetur .§. sic itaq;. insti. de actio. l. vbi autem non apparet. ff. de verb. oblig. l. i. § assignare. ff. de assig. liber. l. assignare. ff. de verbo. signifi. necessario etiam probatur cõclusio ista alio fundamento, in instrumento prædicto dicitur propterea filios obligat pater soluere dotes dominæ Antoniæ, & dominæ Catherinæ, & alia de quibus ibi, igitur patet .d. bona efficaciore validioreq; titulo q̃ solius administrationis peculii concessa fuisse, alioquin noluissent filii ad id obligari cum pater eis postmodum pro libiro suo peculium auferre potuisset, sicq; eos sine quomodo aliquo obligatos dimittere, ita nõ potuissent soluere ex rebus peculii per patrem postea aduocatis, sed oportuisset de suo obligationibus dotium satisfecisse, Quamobrem dixerim & donare, & dominiũ inreuocabiliter transferre quoquo validiore titulo poterat in filios patrem voluisse.

Probatur hoc idem manifeste in alia parte .d. instrumenti vbi dicitur fratres prædictos pro huiusmodi rebus sic diuisim assignatis de euictione inuicem teneri, & re aliqua ex dictis euicta damnum inter fratres prædictos commune sit, quæ quidem pars instrumenti seu clausula non conueniret in rebus, in quibus ipsi nullum ius haberent,

sed solam

sed solam peculii administrationem, sed tantum in rebus in quibus ipsius & cõmodum haberent congruit quia naturaliter incommodum ad eos non spectat quos commodum non contingit. l. secundum naturam. ff. de regu. iur. cum concordantibus & statim in eodem instrumento subiicitur ꝙ dicti frẽs solemni stipulatione sibi inuicem propterea finem, refutationem, remissionem, & pactum perpetuum de vlterius non petendo &c. vnde cum sibi faciant perpetuo finem ob dictã assignationem patre eorum præsente & consentiente, patet ꝙ filiorum & patris mens fuit dictã assignationem perpetuam esse ob quam dicta conuentio & remis-
8 sio perpetua facta fuit. ● Causa enim cognoscitur per similitudinem in suo effectu vt notat. Paul. de Leazaro in Clem. ad nostram. de Hæreti. qua de re ex perpetuo effectu noscimus causam hoc est assignationem perpetuam esse & sic non esse simplicem peculii concessionem reuocabilem morte & aliis modis quod minime est in donatione, quæ hoc casu perpetua est & irreuocabilis vt probatum fuit probaturq; in dies, vel saltem irreuocabilis dici potest, quia morte non reuocatur sed confirmatur quatenus in vita irreuocabiliter non valuisset, idem quoq; manifeste concluditur, quia in eodem instrumento postquam dictum fuit ꝙ dictus pater filiis suis dedit & assignauit bona de quibus ibi, per quæ verba dicitur tradita possessio rerum præsentium & licentia apprehẽdẽdi possessionem rerum absentium. l. prædia. & ibi notatur. ff. de acqui. posses. & in. l. emancipatione. C. de fi. instru. cum simil. Subiicitur etiam constitutum per quod ipse pater se dicta bona filiorum nomine possidere constituit & sic ea ipsis tradidit iuxta. l. ꝙ meo. cum ibi notatis. ff. de acqui. pos. vnde si traditio rerum per patrem filio facta donatio censetur, non autem simplex in peculium concessio concurrente solum coniectura ꝙ res illas emerit nomine filii, vt notatur in. l. si donatione. C. de collatio. quanto magis in casu nostro operabitur traditio cum dictis rationibus, quæ non coniecturatæ aut præsumptæ sed necessariç sunt probationes, Ista similiter conclusio ratione alia firma redditur quoniam ipse Dominus Gregorius pater si in peculium solum concedere voluisset & non donare vtiq; sibi facultatem de dictis bonis disponendi reseruasset prout alias fecerat prius in alia diuisione præcedenti vt ipse testatur in su-
9 is codicillis. ● Nam disponentis mens ex præcedenti etiam ex interuallo colligitur. l. si seruus plurium. ff. de lega. i. l. cum proponeretur. ff. de lega. ii. Bar. in d. l. in prin. circa penultimam collumnam. ff. de vulga. & pupil. Bal. in. l. precibus. C. de impuber. & aliis. substitution. non enim talem reseruationem fecit in hac secunda assignatione, immo expresse fecit contrarium, in eodem nanq; instrumeñto ad scriptum est ꝙ ipse pater sibi reseruauit facultatem vendendi alienandiq; de dictis bonis assignatis in casu solum & duntaxat extremç necessitatis, quæ dictiones solum, & duntaxat sunt exclusiuç aliorum casuum, qui in dispositione non exprimuntur. l. his solis. C. de reuo. dona. l. prima. C. de bonor. posses. contra tab. cum concordantibus, hic vero casus extremæ necessitatis nunq̃ accidit idcirco consequens est, vt reseruationi patris locus nunq̃ fuerit sed semper fuit oĩmoda bonorũ translatio in filios, ideo non fuit mera peculii & administrationis cõcessio, ad idem

facit quia eodem instrumento dicitur q pater,& filii uicissim promittunt dictam assignationem diuisionem &c. & omnia & singula supradicta perpetuo firma & rata habere tenere attendere obseruare & adimplere, in nulloq; cōtrafacere dicere opponere vel venire &c. demum etiam subiicitur pena cum clausula q pena soluta vel non omnia prædicta perpetuo firma & rata perdurent & sic voluerunt facere actum irreuocabilem quantum potuerunt non vero concessionem peculii, quæ morte & aliis modis reuocatur quod in donatione minime est. l. ii. C. de inofi. dona. Quinimmo in hoc casu valuit irreuocabiliter statim & non expectata mor

10 te. vt infra ostendetur. Videmus quidem in simili vel inforrioribus terminis, vt si aliquis exprimat se mortis causa donare eo addito vt non possit reuocare, hæc aditio facit, vt non sit mortis causa sed inter viuos donatio. l. vbi ita donatur. ff. de. dona. causa. mor. notat. glo. in. l. si alienā. §. Marcellus. Et in. l. Senatus § mortis. eo. tit. ideo patet manifeste hanc fuisse Donationem irreuocabiliter factam nimirum si fideicommisso prædicto non subiacet sed & si irreuocabiliter non esset facta quia tamen morte confirmatur fideicommisso huic non subiaceret. d. l. sequens quæstio. ff. de lega. ii. cum aliis de quibus supra, Posset attamen quispiam dicere oblique agens q immo hæc non procedunt, nam ex tenore instrumenti constat q pater voluit de præsenti bona sua irreuocabiliter in filios transferre, hoc autem non potuit cum filiis agere propter potestatem patriam. d. l. ii. C. de inofficio. dona. & l. si donatione. C. de colla. sicq; non eo modo valet quia non potuit nec etiam potest valere, vt reuocabilis in vita per mortem vero confirmata quoniam de ea non sensit pater, Quamobrem nullo modo valere videtur, vt q voluit non potuerit & qd potuerit noluerit. c. cum super abbatia. de offi. delega. cum concor. Item quia obstat ei alia regula, vt si non valet quod ago, vt ago, neq; valet vt valere potest. l. i. §. cum qui. ff. de constit. pecu. l. i. §. si quis ita. ff. de verbo. obliga. Ego autem Respondendo dico in omnibus contrarium, licet velim citra veri præscriptionem q ista donatio non posset valere vti agebatur & fiebat, valeret tamen vt valere potest

11 scilicet ita vt morte cōfirmetur. Et hoc quia non est defectus in forma sed tantum in persona peccatum esset quocirca nihillominus valet vt expresse Bart. atque Alii censuerunt in. d. l. i. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. &. in. l. quacunque actione. ff. de procura. Item quia ipse pater expresse dixit se omnia meliori modo quo fieri possunt &c. Vt in instrumento apparet, quo casu actus etiam si peccaret in forma tamen valeret, vt valere potest secundum Bartolum, & omnes in. d § si quis ita. per. l. i. ff. de iur. codicil. l. fina. C. de codicil. faciunt quæ de illa clausula notant doctores in locis supra allegatis, Hæc profecto ad victoriam consequendam sufficerent absque alio argumento cum etiam donata ex donatione, quæ morte confirmatur, non veniunt sub huiusmodi fideicommisso, vt est supra sæpius dictum per. d. l. sequens quæstio. Sed his non contentus illud quoq; adduxerim, donatio prædicta potuit irreuocabiliter fieri, vt facta fuit, itaq; valet eo modo quo facta fuit idest irreuocabiliter nam ipse Dominus Gregorius pater & eius filii volentes facere dictā donationem validam, atq; irreuocabilem tam in vita, q̄ in morte & scientes

hanc

hanc donationem irreuocabilem in vita non posse fieri de iure cōmuni per patrem in filios suæ potestati subiectos adhibuerunt remedium iuris specialis,idest auctoritatem præsentiam confirmationem ac validitatem Illustris. Domini Legati eiusdem ciuitatis Principis cuius Principis & aliorum similiū auctoritas in his locis suprema atq; maxima est,patet ex priuilegiis legationum amplissimis & quoniam est legatus de latere,ideo defectus hos omnes supplere potuit,faciunt quæ notat Curti. consil. lv.incipi.super præmissa &c. col. iiii. & v. versic. Sed præmissis omnibus &c.Fili.in c.cum non liceat. col. iiii. de præscript.qui Illustris.& Reuereñ.Dñs Legatus vt instrumento dicitur de præfatis omnibus & singulis scientiam & notitiam habēs ex eo quia seriem & tenorem.d.contractus & instrumenti particulariter & distincte intellexit prout & sicut vulgari sermone recitatum ad vnguem fuit,supplens omnes defectus motu proprio & de eius plenitudine potestatis partibus prædictis præsentibus & consentientibus confirmauit approbauit & validauit nō obstantibus legibus statutis & aliis quibuscūq; &c.& sic expresse apparet q; ipse princeps licet sciret actum illū inualidum esse de iure cōmuni prout fiebat eum tamē iuuare voluit sua speciali po-
12 testate & auctoritate. ✱ Et quamuis in dubio præsumatur quis secundum ius cōmune agere actum suum,attamen secus est vbi aperte contrarium constat.l. i. vbi mo-
13 derni referunt circa glo. i. C. de mili. Testa.& in.l.iii.eo.tit. ✱ Ideo Bal.inquit in.c. .i.per quos.fi.inuesti. super verbo sed iuxta &c.q; licet confirmatio regulariter non intelligatur facta vt aliquid noui detur, tamen fallit si constat de intentione concedentis prout in casu nostro constat vbi princeps verbis expresis vtitur,quibus liquidissime constat cum voluisse vti iure speciali ex certa scientia vt supra,intentio ete-
14 nim cuiusq; verbis ostenditur .l. labeo.ff. de suppelle. lega. ✱ Facit quod notat Alex. consil. xi. circa principium. lib.v. vbi dixit q; confirmatio validat actum nullum quando confirmans vidit vel intellexit eius tenorem & generalius dixit. Ias. in. .d.l.more.col.vii.versic.ista regula fallit primo &c. ff. de iuris. omnium.iudi.q; princeps confirmans actum inualidum ex certa scientia dicitur eum validare ac de nouo dare,Ideo dicimus confirmationem hanc superioris factam à sciente tenorē
15 actus intelligi. ✱ Quæ confirmatio triplicem defectum remouet supplet defectum solemnitatis,formæ,& personæ,vt notat Iaso. in.d.l.more. col.viii.versi.Item in materia .ff. de iurisd. omni. iudi. vbi allegat. Bal. in.l.fina. per illum tex. ff. de testamen. tute. Ego addo Alexan.in consil. ciii. lib.v. & Cinum consil.lxiii.lib.iii. col.i.versic. ex quo infertur &c. in.d.locis doctores prædicti expresse id dicunt facit. glo. in.c. frater.xvii.q.iiii.per Prædicta patet non obstare si diceretur q; Princeps confirmans videtur in dubio confirmare valida non autem inualida, & sic nil videtur de nouo dare, vt perscribentes in . d . l. more. notatur,Nam fallit quando ex certa scientia facit veluti , quia exprimit illam clausulam , vel quia vidit tenorem. Item fallit si constat de eius mente vt hic constabat ex verbis expresis instrumenti in quibus non simpliciter Princeps dixit se confirmare, sed etiam validare, quod non conuenit nisi actui inualido . l . i. in princip. C . de rei . vxor. actio. addiditq; clausulas alias per quas patet eundem testatorē patrem speciali iure vti voluisse. Dixerim quoq; & vnum illud si pater voluisset non potuisset illa

subiicere fideicommisso ex quo erant ipsorum filiorum ex alia causa quàm ex testamento & cum illos onerasset fideicommisso in omnibus aliis bonis eis relictis in testamento ex quinta parte sibi reseruata clarissime apparet hos fratres non potuisse grauari in his bonis aliunde quàm ex testamento quæsitis, quia sic eos onerasset in plus q̄ ab eo acceperint ex testamento, quod nulla quidem ratione fieri potuisset. l. ab eo. C. de fideicōmis. notat. Bar. in. l. Lucius. § Maritus. ff. ad trebel. cum similibus. & posito pro vero quod tamen omnino negatur q. d. D. Gregorius pater potuisset voluissetq; dicta bona assignata filiis in vita subiicere fideicommisso tamen illud fideicommissum renunciatione ipsorū fratrum sublatum fuisse authumo vti mox in sequenti dubio edocebo.

Quod rursus in præsenti quæstione dubitatur vtrum pars quinta bonorum quam sibi D. Gregorius pater reseruauerat subsit fideicommisso prędicto, quod in testamento suo idem. D. Gregorius fecit, Dico primo quāquam inficiari nō posset. d. quintā partem eo fideicommisso comprehensam fuisse, illud tamen est sublatum per renunciationem partium, fratres etenim patre mortuo compromissum fecerūt super. d. quinta parte in quo compromisso verba huiusmodi apposita fuisse vidimus, Sed tamen cassa sint omnia testamenta, codicilli, & alia ordinamenta facta per. d. D. Gregorium in instrumento supradictæ assignationis factæ citra, quæ sint ac esse debeant nulla ac inualida quantum sit respectu ipsorum filiorum non intelligendo de aliis legatis factis in. d. testamento & codicillis, vnde nulli dubium q̄ ista renunciatio eis præiudicat iuxta regulam. l. si quis in conscribendo. C. de pact. & iuxta ea quæ specialiter in materia renunciationis fideicōmissi copiose diffusiusq; traduntur in. l. qui romæ. § duo fratres. ff. de verb. oblig. præsertim dum inquiunt doctores quotiens facta est mentio specialis de testamento paterno vel etiam generalis de testamento simpliciter cū
16 iuramento hoc sufficit vt renunciatio valeat. ✱ Quæ debet præiudicare nedum ipsis renunciantibus sed etiam eorum hæredibus. l. stipulatio ista. in princ. cum ibi notatis. ff. de verb. obli. l. si seruus. la. ii. in prin. ibi notat. Bar. ff. de cōdi. fur. quis enim dubitat nequire hæredem aduersus defuncti factum venire. l. cum à matre. C. de rei. uend. l. ex qua persona. ff. de Regu. iur. notat. Fulgo. consil. lxvii. col. ii. Nō obstat si dicatur
17 iuri de futuro renunciari non posse vt habetur in. l. i. C. de pact. ✱ Quia Respondeo per pactum, aut per renunciationem factam parti præsenti, & tacenti, quæ habet vim pacti. iuri de futuro satis renunciari posse, vt in dicta. l. i. C. de pact. doctores omnes approbarunt, idemq; dicemus si fiat sine pacto cum iuramento vt ibidem notatur, quæ omnia hic simul interuenerunt vti in instrumento dicti compromissi
18 constat. ✱ Non obstat etiam si obiiciatur simplicem renunciationem ad fideicommissum conditionale non trahi, quando nondum conditio extitit nisi mentio fiat de fideicōmisso futuro, vel de ipso, qd debitū iri existente conditione certū est vt singulariter notat Bar. in. d. § duo frēs. in. iiii. q. quia Rn̄deo illud esse verū q̄do renūciatur fideicommisso vel iuri, at secus est in casu isto vbi renūciatū fuit causæ ipsius fideicōmissi, vel iuris, idest testamento & codicillis. ✱ Per renunciationem nanq; causæ
19 præsentis tollitur ne dum omne ius, quod ex illa causa extat de præsenti, sed etiam omne ius quod ex illa causa nasci speratur, probatur ex his, quæ habentur per Pau.

Castren.

Castren.& Iaso.in.l.postq̃ liti.C.de pact. vbi traditur ꝙ licet instantiæ futuræ renunciari non possit principalite,r tamen si renunciatur causæ,idest contractui & obligationi præsenti valet renunciatio etiam quo ad instantiam futuram nec mirum, quia sublata causa tollitur omnis effectus illius causæ tam præsens q̃ futurus.c.cum cessante.
20 cum materia,de appella. ✱ Præterea in dicto compromisso ponitur clausula ꝙ partes prædictæ promittunt inuicem omnia & singula prædicta firma rata & grata habere &c. quæ clausula continet etiam ius futurum, vt notat Fulgo.in cõsil.lxvii. incipi. paterfamilias.col.ii.Item in dicto compromisso ponitur clausula huiusmodi renunciantes dictæ partes &c. vbi expresse renunciarunt iuribus tam cõpetentibus q̃ com-
21 petituris, ✱ Neq; obstat si dicatur, ꝙ laudum non fuit sequutum ex dicto cõpromisso, quocirca succedit doctrina, ꝙ renunciationes factæ in cõpromisso super quo laudum non est sequutum minime valent vt Alex. inquit cõsil.xxii.lib.i. & Iaf.in.d.l. postq̃ liti.versi.Item diligenter aduerte &c. vbi q̃ plures doctores idem tenentes al-
22 legant,ratio potest esse,vt per Alex.in dicto consil. ✱ Et alia etiam esse potest quia compromissum non sequuto laudo est contractus imperfectus notat Bar.in.l.societatem § arbitrorum.ff.pro soc.ad hoc respondetur bis factum compromissum fuisse.& super primo non fuit latum laudum,sed postea latum fuit super.ii.quod secundum compromissum fuit factum cum hac clausula, videlicet cum eadem auctoritate modis,capitulis,cautelis, penis, bonorum obligationibus, & aliis,de quibus in dicto instrumento primi compromissi sic,ideo secundum compromissum habet eandem renunciationem & annullationem testamenti,& codicillorum patris vti primum ha-
23 bebat. ✱ Quoniam omnis dispositio,quæ est in referente est etiam in relato.& è cõtra.l.asse toto.ff.de hæredibus instituen. cum similibus. Quare ex prædictis patet dictam renunciationem cassationem,& annullationem valuisse. Item non obstat cum quis dixerit dictum compromissum & renunciationem non debere referri nisi ad ea de quibus tunc erat lis, vel controuersia,& sic non ad fideicommissum,quia Respondeo ad ea etiam referri de quibus non erat lis vel controuersia de præsenti, & si non iure compromissi, vel translationis saltem iure pacti,& conuentionis propter verborum generalitatem,dum dicunt partes ꝙ volunt omnia esse cassa testamenta & codicillos patris respectu ipsorũ filiorũ,quæ generalitas per alia quoq; verba cõpromissi iuuatur, vbi dicitur,Renunciantes.d.partes omni alii iuri constitutionibus auxilio & fauoribus eis vel eorum alteri competentibus vel competituris &c. vt pulchre notat Alex.cõsil.xi. versi. sed præmissis non obstantibus &c. cũ aliis sequentibus. lib.ii. quod omnino Domini iudices videant, & est consil.Soci.cc.col.iiii. versi.vii. &c. lib.i.& Cur.consil.xviii.col.iii.versi.iiii.&c.Non obstat etiam si dicatur ꝙ.d.annullatio testamenti,& codicillorum quo ad ipsos fratres non ita indistincte se habet, sed limitate stat sup prædictis partibus nominatis concernentibus fauorem vtilitatemq; specialem prædictarum partium quantum sit pro vtilitate spectante,& mentionem faciente ad propriam vtilitatem personę dictarum partium. Item est facta cum causa scilicet,vt melius,& validius ac efficacius ad corroborationem licentiæ, & auctoritatis datæ ipsis Dominis Arbitris, sed Respondeo sine veritatis praiudicio, ꝙ hæc ita licet essent tamen hoc non officeret,satis quidem esse puto ꝙ & testamentum, &

codicillos annullauerint quatenus disponunt super prædictis partibus tantum, nam
sic p3 q annullãr fideicõmissum super eis factũ, nec põt restringi annullatio ad quin-
tam partem prædictam ex quo in plurali loquitur, sed generaliter loquitur de omni-
bus prædictis partibus, & illa causa ad legata etiam non nocet quia non est finalis, sed
24 impulsiua, cum generalius disponat q̃ sese ratio extendat. ❧ Sic enim cognoscitur
impulsiua ratio quando scilicet dispositione strictior est. l. i § sexum. ff. de postul. no-
tat Bal. in. l. generaliter. C. de episco. & cleri. Ias. in § sed hactenus. insti. de mili. testa.
Quare talis impulsiua causa considerari non debuit, Rursus & aliter Respondeo dicta
verba ponentia causam & limitationem non sunt in prothocollo seu originali no-
tarii, merito licet sumptum habeat illa verba, de his verbis additis in sumpto non est
curandum, sed verba dũtaxat prothocolli inspicienda sunt, vt notatur in. l. si quis ex
argentariis § prætor. ff. de æden. glo. in § penul. in auct. de tabel. Cardi. & alii in. c. in-
ter dilectos. de fide. instru. vbi Cardi. ait cum Florentiæ prothocollum, & instrumen
tum q̃uis antiquum discordarent, & vnum diceret Legatum ecclesiæ Sanctæ Mariæ,
aliud societati Sanctę Mariæ fuit consultum standum esse prothocollo, quod dictum
refert, & sequitur. Fili. in. c. ex literis. de fid. instrument. ratio est, quia aut no-
tarius fecit sumptum ex interuallo post originale immutando illud, & tunc non cre-
ditur sumpto, sed originali etiam si constet notarium voluisse corrigere originale.
26 ❧ Quia notarius ex interuallo errorem suum corrigere non potest circa negocium
partium nisi iudex consentiat, & errorem notarius probet notatur in. l. si librarius. ff.
de regu. iur. & per Innoc. ac Fili. in. d. c. ex literis. de rescrip. & Soci. consil. cclxxvii.
lib. ii. versi. iiii. necessario &c. Aut notarius fecit sumptum incontinenti post origina-
le in quo sumpto ab originali deuiauit, & tunc q̃uis potuerit errorem suũ corrigere.
27 ❧ Tñ non videtur variasse animo corrigendi errorem commissum in originali,
sed potius censetur in trascribendo ipsum sumptum errasse, tum sumpto etiam non
creditur, sed originali vt declarat Soci. dicto consil. cclxxvii. col. iiii. ver. amplius etiã
dico &c. Sublatis itaq; omnibus difficultatibus prædictis cõcludo fideicommissum
cessare in omnibus, & per omnia, & per consequens in. d. v. parte quam sibi Domi-
nus Gregorius pater reseruauerat.
Dubitatur & tertio an & quæ portio in restitutione sit detrahenda, posito q fideicom-
missum valeat equidem reor, licet dixerimus aliquod in casu nostro fideicõmissum
28 subesse. ❧ Attamen cum illud conditionale sit duæ quartæ, scilicet legitima, & tre-
bellianica ex generali cõsuetudine ab iure canonico approbata iuste deduci possunt
. c. Rainutius. c. Rainaldus. de testa. notatur in. l q̃q̃. C. ad. l. falcidiã. & per modernos
in. l. iubemus. C. ad treb. & in. l. filium quem habentẽ. Nec plura adscribam super hac
quæstione quoniam satis propositæ quæstiones clarissimæ nobis, & sine difficultate
semper visæ sunt. Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Statutum cogens compromittere, restringitur ad personas tam de iure, q̃ de facto ad compro-
mittendum habiles.
2 Compromittere non potest, qui alienare prohibetur.
3 Declaratur Alexander in. l. si plures. ff. de pact.

4 Statutum generale non comprehendit res vel causas personarum, quæ in illis rebus aut causis sunt priuilegiatæ.
5 Statutum exorbitans pupillos miserabilesq; personas non comprehendit tametsi clausulam habeat, non obstantibus priuilegiis &c.
6 Minor habilitatus per statutum vt pro maiore habeatur, non tamen immobilia poterit alienare
7 Statutum in personam loquens non ligat forenses etiam in loco statuti habitantes.
8 Statutum cogens de litibus & quæstionibus compromittere, intelligitur de quæstionibus facti non vero iuris.
9 Mixtura rerum inseparabilium consideramus non quidem separabilium.
10 Statutum iubens fieri compromissum interpraetatur si modo causæ compromissum admittant.
11 Compromissum de causis mixti Imperii non fit.
12 Statutum mandans fieri compromissum, non habet locum in instrumento habente executionem paratam, neq; si potest quis ingredi bona propria auctoritate.
13 Compromissum generale non continet ea, quæ a testamento dependent.

Respon. XXII.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.

Consueuerunt Italicæ vrbes sanctionibus statutisq; propriis nonnullas personas quibusdam casibus, vt compromittant litium finiendarũ causa cogere.
1 * Super hoc itaq; consulti dicimus huiusmodi statutũ debere restringi ad personas tam de iure q̃ de facto ad cõpromittendum habiles iux. notata, in.l.i. C.de sacr.sanct.eccle. & in.l.i §.nunciatio.ff.de.noui. ope.nun. Tutrix quidem Auia aut mater hoc non potest Ange.in.l.Imperatores.ff.de pact. Alex. in.l.iurisiurandi. ff.de in li.iuran.neq; pupillus etiam cum tutoris auctoritate de re immobili cõpro
2 missum facit, sicut alienare non potest. * Quoniam qui non potest alienare, neq; compromittere conceditur Soci.consil.xcv.col.iiii.versic.ostẽditur &c.lib.iii. Deci.
3 consil.xxxix.col.i.& in consil.xliiii.col.i.ergo. * Nec dicatur q; pupillus habilis sit, quia posse compromittere videatur tutore auctorante, vt Alex. cẽsuit in.l. si plures. ff.de pact. Respondeo equidem illius Dictum omnino intelligi debere de re mobili, Plus q̃ etenim certum est litem rei immobilis non posse pupillum auctore etiã tutore arbitris committere, Compromissumq; facere sicut nec eam etiam tutore interueniente distrahit.l.lex quæ tutores.C.de admini.tuto.l.i.in prin.ff.de reb.eo.l.magis puto §.ne passim.eo.tit.similimodo interpretor Alexan. in.d.l.si plures.dum inquit, q; huiusmodi statutum comprehendit etiam tutorem, vel pupillum, Nam verum potest dicere in rebus mobilibus, sed super immobilibus non debet comprehẽdere pupillum nec eius tutorem, quandoquidem ad alienandum sint ipsi inhabiles, & per cõsequens ad compromittendum saltem modo prædicto per supradicta, Nec huic contrarium est si dixerit quis ẽt sup rebus immobilibus pupillum, & tutorem cum Decreto iudicis habiles esse cum immobilia hoc ordine alienent, vt toto titulo.C.de rebus.mi.sine decre. non alienan. Igitur & de eis compromittere posse videnť, vt supra diximus, Respondetur q; si pupillus in statuto huiusmodi vti habilis comprehẽderetť tunc propter necessitatem ipse posset absq; iudicis decreto de re immobili cõpromissum facere.l.penul.cum glo.C.quando decre. opus non est.l.i.§.i.&.l.magis §. si pupillus.ff. de re.eo.habilitas, itaq; ex iudicis decreto proficiscens non debet attendi, sed illa duntaxat, quæ inest alicui volenti facere sine decreto iudicis.

4 Quod autem tali statuto psonæ huiusmodi non comprehendantur patet. ✱ Quia generale statutum non comprehendit res, vel causas personarum, quæ in illis rebus, aut causis sunt priuilegiatæ.l.i.& ibi late notant moderni.ff.sol.matr. Ias.in auct.Res/que.col.viii.C.commu.de lega. facit.l.cum hi § qui transigit.ff. de transact.l.libertis.§ posthumis.ff.de alimen.& ciba.lega.& hoc statutum non debet etiam complecti bona immobilia personarum quæ priuilegiatæ sunt, vti pupillorum ad quod magis in specie facit quod notat Bar.in.l.etiam.la.ii.in fine.ff. de mino. inquit ibi nõ ligat sta/tutum minores, quando indebite læderentur, cæterum hoc statuto si pupillo fuisse complexos fateamur indebite damnum paterentur, cogerentur enim compromitte/re de iure.& de facto, idcirco eorum arbitri, vel arbitratores possent auferre contra ius & inique quod ipsorum est Angel. notat in.d.l.Imperatores.ff. de pact. merito
5 huic statuto non subiiciuntur ne damnum inique sentiant. ✱ Et inquit Bal.in.l.i.C.quando Imper.inter pupil.& vid.statutum exorbitans pupillos miserabilesq; per sonas non coercere etiam si clausulam, non obstantibus priuilegiis &c. Idem statutũ ferrat, istud autem statutum à iure communi valde exorbitat & deflectit ergo &c.
6 ✱ Facit etiam quod Philip.Decius recensuit in consil.xxxix.col.i.versic.iii.nullitas laudi &c. ꝙ dictante statuto Florentiæ vt existens in.xviii.anno habeatur perinde si quinq; & viginti annis nactus fuisset non idcirco habilitatus creditur quo possit im/mobilia alienare, vel de illis compromittere, sed in his remanet dispositio iuris com/munis firma & immutata, allegat Pau.Castren.in.l.eos.C.de his.qui.ven.ætа.impet. & in consil.cclxxi.incipiente, incipiendo à secundo &c. & si dictum statutum gene/raliter, & expresse loquens de minore non comprehendit facultatem alienandi, neq; cõpromittendi de re immobili à fortiori non debet comprehẽdi in isto statuto vbi nulla fit mentio de pupillo seu minore, in terminis hoc decidit Alexan.consil.lxii. lib.vii.quod omnino videatur.

Præterea animaduerto ꝙ hic pupillus est Forensis natus alitusue Neapoli ex matre & patre atq; Neapoli domicilium habens, licet nunc Bononiæ habitet, istud etiã sta/
7 tutum in personam loquitur dicens, ꝙ partes compromittere cogantur &c. ✱ Sed quotiescunq; in personam statutum loquitur tunc forenses non comprehendit ẽt in loco statuti habitantes, neq; respectu bonorum in loco statuti existentium, ita no/tabiliter docuit Bar.in.l.i.C.de sum.Tri.& fi.Catho. pluribus in locis pſertim.col.xi. versic. sed posset dubitari &c. quem doctores omnes communiter sequuntur, incõ/ueniens admodum, si secus diceremus, ex dispositione statuti oriretur, cum ob neces/sitatem statuti ipse pupillus absq; iudicis decreto compromittere posset.l.penul.cum glo.C.de præ.mino.l.i § i.&.l.magis § si pupillus.ff.de reb.eo. Itaq; sequeretẽ ꝙ ipse ne dum cogente statuto ad compromittendum impelleretur, sed etiam per.d.statu/tum fieret potestas, vt sine iudicis decreto compromittere valeret, consequens est fal/sum, quoniam statutum neq; habilem forensem, nanq; inhabilem reddit vtsupra diximus, merito & antecedens, Quapropter pupillum hunc statuto isto non com/prehendi reor.

Sunt alia deniq; argumenta, quæ rem & causam respiciunt ex quibus idem quod pro/
8 xime ad fauorem pupilli respondere placet. ✱ Statutum nanq; iubens coniunctos

ad ineunda

ad ineunda compromissa de litibus & quęstionibus suis interpretatur de quæstionibus facti non vero iuris. Bal. in.l. Ancille.in tertio notabili.C.de fur.Alex.consi.lxii. lib. ii. Ias. in. l. post Rem.ff.de transact. Cin. Bal. & Saly. in. l. cum proponas. C. de reb. cre. Sed quæstio pupilli in iure non autem in facto consistit an verba scilicet testamenti intelligantur tantum masculos vocare exclusis fœminis an vero etiam fœminas proximas ergo &c. Maxime quia hoc ius non est anceps ex diuersitate opinionum, sed clare constat q verba de hæreditate in hæreditatem ita fœminis sicuti masculis congruere possunt, sicut verbum hæres congruit, hoc Ideo dico vt respondisse videar doctrinę volenti tale statutum etiam continere quæstiones iuris dubias ob varias doctorum opiniones secundum Bal. in. l. cum proponas.versic. si autem &c. C. de reb. cred. & in. l. cum prolatis.ff. de re. iudi. Neq; obstat q dictum Argumentum fallit vbi est quæstio facti admixta.Bal. Fulgo. & Saly. in.d.l. cum proponas. & Ias. in.l. penultima. C. de pact. æquidem Respondeo illud procedere si quæstio iuris anceps fiat propter facti mixturam secundum Soci. consil. li. col. ii. versic. ii. principaliter &c. lib. i. sed quæstio hæc facti an scilicet bona proposita fuerint testatoris nec ne quæstionem iuris non tangit, quia siue testatoris fuerint, siue non fuerint non propterea quæstio iuris in certa remanet sed clara semper durat, quia fœminas verba testamenti isto casu non excludunt, & an de iure includi debeant fœminæ, vel excludi non dependet ab illa quæstione vtrum fuerint bona testatoris, vel non ergo &c.

9 * Mixtura enim inseparabilis consideratur, non autem illa quæ separabilis est. l. adeo. §. voluntas, cum glo. ff. de acqui. re. domi. §. si duorum. cum ibi notatis institut. de rer. diuisio. faciunt notata in. l. i. §. penultimo. ff. de verbor. obliga. & in. l. grege §. illud. ff. de fideiusso. vbi mixtura ita demum facit vtile per inutile vitiari quando est inseparabilis, secus quando prædicta mixtura separabilis est.

10 * Item facit quia statutum prædictum interpræteari debuit si causæ compromissum admittant compromissibilesq; sint & non aliter. Bart. in. l. prætor. ff. de tuto. & curato. da. ab his. Lanfran. in tractatu de Arbitris. in. vii. parte. in xxxxviii. q. Sed hæc est causa mixti Imperii quæ tractat de missione in possessionem. l. iubere cauere. ff. de iuris. om. iudi.

11 * Quæ causæ mixti Imperii compromitti non possunt. l. non distinguemus. §. deliberari. ff. de Arbitr. Bar. & Bal. in dicta. l. prætor. ff. de tuto. & cura. da. ab his. Bar. in. l. non omnibus. in prin. versic. dices tu. &c. ff. de Arbit. vbi de causa executionis, quæ est mixti Imperii

12 loquitur, & Roma. consil. cclxxii. ergo &c. * Et hoc statutum minime procedit super instrumento habente executionem paratam, vel ex quo quis potest ingredi bona propria auctoritate iuxta notata in. l. eleganter. in principio. ff. de conditio. indebi. vbi per Socin. & Iaso. talis enim causa compromissum non patitur.

13 * Item sicuti cōpromissum generale nō continet ea quæ à testamēto dependent Alex.cōsi.cxxiiii.col.iiii.ver.pterea &c.lib.ii.igit idē in statuto generali cogēte cōpro

mittere quia statutum & contractus pari modo interpretantur. l. quicquid astringen dę. ff. de verb. oblig. & maxime quoniam in dubio pronunciandum est compromissum fieri non debere. Bal. in. l. i. C. qui accusa. non poss. Soci. consil. ccc. col. penultima. versic. tertia & vltima ratio &c. Quamobrem ex prædictis consulo pupillum hūc statuto prædicto non contineri.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Substitutio, per quam filii masculi si extabunt substituuntur, alioquin fœminæ, quonam pacto interpretanda sit.
2 Paria sunt non extare hæredem vel extare & non succedere.
3 Fœminæ propter masculos exclusæ, non perpetuo intelliguntur exclusæ, sed ita demum si masculi adsint, qui succedant.
4 Additio hæreditatis, quam facit pater nomine Infantis filii, quomodo fiat.
5 Scientia vel ignorantia, quæ alias non præsumebatur ex coniecturis probatur.
6 Creditor adeundo hæreditatem sui debitoris, quod omne sibi erat debitum confundit.
7 Voluntatem testatoris in vltimis voluntatibus præcipue spectamus.

Respon. XXIII.

Redemptoris nostri humiliter Implorato suffragio.

Decessit dudum Petronius quidam superstite filia quam hæredem vniuersalē instituit Rogans vt quandocunq; in pupillari ætate decedat hæreditatē Ludouico ipsius testatoris fratri quo ad vsumfructū & dicti Ludouici filiis quo ad proprietatem masculis si extarent alioquin filiabus, & omnibus masculis, & fœminis deficientibus certam hæreditatis partem, cuidam extero reliquit, de hæreditate reliqua nihil disponens. Diē itaq; functa est testatoris filia in pupillari ætate adhuc agēs Ludouico patruo superstite qui eo tempore filios nullos habebat sed postea natus est ei filius masculus, qui per pauculos dies vixit postq; eius mortem dictus Ludouicus filiam Iacobam suscepit quę adhuc viua bona prędictę hęreditatis alienata ab Ludouico patre petit, num h ec iure poscat apud nos quæritur.

Nonnullis primo rectum iustumq; id esse placuit vt Domina Iacoba nullū ius habeat petendi dicta bona cum ex testamento dicti ser Petronii ius nullum ei quęsitum fuerit in illis bonis vel ad illa bona, ratione ista mouentur quoniam aut volumus considerare tempus quo est defuncta filia testatoris infans tunc apparet in hæreditate non debuisse illam Iacobam succedere, neq; etiam eius frater, qui pauculos dies vixit, substitutionis iure succedere potuit sic enim vterq; tempore mortis filiæ testatoris in rerū natura minime erat, sed nouissime substitutus in casu quo deficerēt filii & descēdētes tam masculi q̄ fœminę dicti Ludouici succedere debet aut vero volumus considerare tēpus futurum quo natus est frater. D. Iacobæ & ipsa. D. Iacoba, tunc constat q̄ frater masculus ei pręfertur in tali successione, vt in testamento iussit testator, ita q̄ eo nato tota hæreditas quo ad proprietatem sibi delata fuisse vr̄, & vr̄ per eius natiuitatem & 1 2 3

tem &

tem & existentiam pœnitus exclusa dicta Iacoba licetq; puer ille postea desierit esse in rebus humanis tamen non videtur vt debeat amplius admitti ipsa Domina Iacoba tempore mortis. d. infantis filiæ testatoris, & sic tempore quo cessit dies substitutionis non erat nata, ideo ex tali substitutione admitti non debuit. Ioan. And. in additio. ad Specu. in rubr. de testa. versi. item Libertinus de Ramponibus. vbi dixit si disponat testator hoc modo pupillo filio meo hæredi vniuersali substituo vnum ex filiis Titi alterius filii, quem ipse hæres elegerit, vel nominauerit, si contingat, vt ipse hæres abstineat vel adeat & decedat nominatione non facta filii, qui non erat in rerum natura tẽpore quo substitutio locum sibi vendicauit, non admittuntur, sicque pro non scriptis habentur iuxta. l. i §. & cum triplici. C. de cadu. tol. facit. tex. in. l. si cognatis. ff. de rebus. dub. & quæ per illum tex. notant ibi doctores. maxime. Bar. & Soci.

Aduersus quoq; ipsam facit. tex. in. l. si infanti. C. de iur. delib. in princ. & in §. i. vbi dicitur q; si infanti in potestate patris constituto hęreditas sit delata, licet eius patri sub cuius est potestate hæreditatem eius nomine adire, si vero pater hoc neglexerit & in infantili ætate decesserit filius tunc patri omnia ex quacunq; successione ad infantem filium delata iure patrio quasi iam infanti quæsita capere potuit, tunc arguunt sic aut volumus dictum filium masculum Ludouicum ob id excludi quia non erat in rerum natura tempore mortis filiæ testatoris, & sic tempore quo dies substitutionis cessit, tunc idem dicendum erit de Domina Iacoba sorore eius & filia dicti Ludouici quæ post fratrem nata est & in rerum natura tempore cedentis substitutionis prædictę similiter non erat, aut volumus ipsum filium Ludouici potuisse admitti ex dicta substitutione & ex ea delatam sibi hæreditatem fuisse tunc liberum fuit Ludouico patri in cuius erat potestate hæreditatem nomine filii sui infantis adire, aut dum ipse filius viueret aut eo infante mortuo ante aliquam aditionem & sic sibi acquirere exclusis omnibus cæteris qui ex persona filii infantis excludebantur, igitur Ludouico adeunte saltem post mortem dicti filii sui, qui infans decessit, Domina Iacoba eiusdem Ludouici filia exclusa est, Ludouicus autem saltem tacite hæreditatem hanc adiuit alienando bona hæreditaria ac alia faciendo quæ citra ius et nomen hæredis explicari nequeunt. l. pro hærede. ff. de acquiren. hæredi. §. pro hærede. institu. de hæred. quali. & diffe.

At ipse contrarium reor atq; puto. D. Iacobam. d. Ludouici filiã recte & summa rõne
1 hęreditatem hanc de qua agitur petere, Imprimis itaq; moueor. * Quia substitutio illa per quam filii masculi ipsius Ludouici sub cõditione si extabunt substituunt alioquin ipsis nõ extantibus filiæ fœminę dicti Ludouici, hoc modo interpretari debere nobis visa est, si extabunt & succedent filii masculi ipsius Ludouici alioquin succedẽt fœminæ ẽm Bal. qui ita declarat. in. l. maximũ vitium. versic. item quæro nunqd statutum &c. C. de liber. pręteri. & in. l. i. in penultima. q. C. de secun. nup. & in. l. in substitutione. ff. de vulga. & pupil. substitu. facit. l. si ex modica §. si filius. ff. de bon. liber. l.
2 si necesse § fina. eo. titulo. l. ii. §. videndum. ff. ad Tertul. * Paria hæc quippe sunt non extare vel extare & non succedere. l. i. §. filium. ff. de. bon. pos. cont. tab § sed nostra. institut. de successio. liber. & in aliis iuribus supra alleg. Ideo licet constet filium

masculum dicti Ludouici extitisse ille tñ filius testatori Petronio nõ successit quin immo decessit infans hæreditate neq; per se,neq; per quenquam alium suo nomine adita,ergo Domina Iacoba debet succedere tanquam si nemo filiorum masculorum
3 dicti Ludouici nunquam extitisset. ✱ Quare dicimus exclusionem fœminarum propter existentiam masculorum neq; simplicem,neq; perpetuam,sed temporalem dũtaxat censeri videlicet donec masculi supersint qui succedant ita declarat Ias. in. l. Gallus.in.§.& quid si tantum.ff. de lib. & posthu. col. xiiii. versicu. & ista bene nota ad quęstionem &c. vbi allegat. l. non putauit. §. in ademptionem. ff. de bon. possess.cont.tab.est itaq; dubio procul Dominam Iacobam succedere oportere ad successioneq; admitti ex dicta substitutione assentior,qa apparet masculũ natũ non successisse propter mortem ante hęreditatem aditam,seu agnitam successionem. Nõ obstat si dicatur q licet filius masculus mortuus sit infans non adita hæreditate. d. Petronii ex.d.substitutione tamen eius pater Ludouicus post mortem eius filii adire potuit ex iure transmisso ad patrem per.l.si infanti.supra allegatam, quia Respõdeo non constare de aliqua aditione ipsius Ludouici saltem legitima aut valida vel efficaci quare locus non est dictę.l.si infanti. in princ. sed est locus eidem. l. in versicu.si vero vel non sic,vbi dicitur q si adita non fuerit hæreditas delata infanti vt ibi permittitur,omnes hæreditates ei deuolutę non aditæ ita intelligantur quasi ab initio non essent ad eum delatę & eo modo ad illas personas perueniunt, quæ vocabant si minime hæreditas fuisset infanti delata,& si diceres immo constat, cum sese bonis dictæ hæreditatis imiscuerit præsertim vendendo illa & precia eorum capiendo qd fieri non potest absq; nomine & iure hæredis.d.l.pro hærede.ff.de acqui. hæredita.
4 ✱ Respondetur isto casu non dici per talem modum Idonee adiuisse quoniam tacita aditio nec etiam expressa simpliciter facta sufficit sed oportet vt exprimat se nomine infantis adire alioquin viciatur aditio secundum Bar.& Saly.in.d.l.si infanti. .C.de iur.delib. quos refert & probat.Ias.ibi in princ. & si diceres illud est verum qñ adit pater viuente filio sed eo mortuo potest adire iure proprio, vt hæres filii sui si modo filio hæres esse velit vt notatur in dicta. l. si infanti.& hæres filii sui esse velle videtur ex quo vendidit bona immobilia illius hæreditatis §. fina.insti. de hęre. quali. & diff. Bar.in.l.gerit.ff.de acqui.hæredi.ad hoc Respondeo.D.Ludouicum ignorasse illa bona fuisse in hæreditate filii mortui quia & eo viuente non adiuit dicta bona filii sui nomine quin potius putabat bona huiusmodi deuoluta esse filię suæ propter mortem filii masculi,propterea dicitur constare testibus fide dignis omniq; exceptione maioribus dictum Ludouicum patrem sæpenumero dixisse bona illa omnia quę vendiderat non potuisse distrahere & q eius filia Domina Iacoba poterit emptoribus ea euincere merito Ludouicus bona hæc alienando vendendoq; non adisse hæreditatem.d infantis filii videtur ignorans illa in hæreditate filii sui esse,ergo in casu isto constitutio.§.final. insti. de hæred.qua. & diffe. cum similibus per prædicta lo-
5 cum non habebit,quod autem sic præsumendum sit ex eo fit manifestum. ✱ Ex cõiecturis enim scientia vel ignorantia probatur quæ alias non præsumeretur. Paul. Castren.consil.ccxlviii. incipi.in causa quæ vertitur Saonæ &c.in versic.item allegatur q venditor &c. lib.i. vbi allegando. Bar. in.l.qui Romæ. §. duo fratres. ff. de

verbor.

verbor. obliga. inquit licet suus hæres non prosumatur scire contenta in testamento tamen fallit vbi ex coniecturis contrarium constat, vt quia re prohibita alienari in testamento hæres vendidit,& post venditionem fecit rem illam sibi assignari pro sua legitima,& ex quibusdam aliis cautelis ibi adhibitis, Nam secundum eum resultat præsumptio tũ ex factis sequentibus tũ ex cautella adhibita per iura de quibus ibi p eum sic ergo in casu nostro præsumitur Ludouicum sibi hæreditatem delatam ignorasse, tũ propter verba prædicta, quæ ipse coram testibus non semel duntaxat, sed bis & pluries protulit, tũ propter cessionem quam fecit de iuribus sibi contra Petroniũ cõpetentibus, tũ quia delatio illa, quæ fit per.l.si infanti.cõtra regulas iuris communis est, merito non præsumitur eam idiota scire, prout erat.d. Ludouicus qui literarum expers, & ignarus erat. Præterea dicendum est ex cessione iurium, quam emptoribus bonorum per se alienatorum Ludouicus fecit eius mens intelligitur hæreditatẽ hanc adire noluisse, ex qua cessione bonorum potius credendum est dicta bona vendidisse, vt q sibi Petronius testator debuerat ex venditione bonorum Petronii accipere q̃ vt hæres.d.Petronii fieret mediante filio suo infante iam mortuo, non enim hæc simul stant communeq; inter se quicq̃ habent, vt habeat iura contra Petronium Ludo
6 uicus, & q eius sit hæres. ☙ Per aditionem nanq; hæreditatis omne ius quod aduersus Petronium debitorem haberet confunderet extingueretur q;, pro hac respõsione bene facit quod notat Pau.Castren.in.d.consil.ccxlviii.incipi.in causa, quę vertitur Saonę.col.ii. versi.Nec obstat quod allegatur &c.lib.i.vbi vult quando filii vendunt possessionem patris defuncti pro iure dotis maternæ, non ideo probatur hæreditatem patris ipsos adiuisse, per hæc pater responsio ad.d.l.pro hærede. & § pro hærede. quæ iura procedunt cum quis non poterat proprio nomine vendere alio iure q̃ hæreditario, secus quando nomine proprio poterat vendere etiam alio iure q̃ iure hæreditario, vtputa quia erat creditor defuncti, non probat tamen hæreditatis aditionem concluderet venditio cum possit esse, q alio iure fiat q̃ hæreditario, & æque
7 nomine proprio, pro confirmatione facit. ☙ In vltimis voluntatibus testatoris voluntatem præcipue spectamus.l. cum Auus.ff.de con. & demõ.l.cum acutissimi.C. de impube.& aliis substi.l.in conditionibus primum locum.ff.eo.de cond.& demõ. sed ex testamento testantis mentem nouimus volentis fratri prouidere ne posset bona in præiudicium filiorũ & filiarum distrahere, ideo filios & filias ipsius Ludouici in proprietate hæredes instituit, Ludouico autem vsumfructum duntaxat reliquit ergo mens eius testatoris fuit, vt mortuo filio Ludouici impubere succederent potius filiæ q̃ ipse Ludouicus pater, Quare.d.l.si infanti.non habet locum in casu isto vbi mens testatoris cõtraria est hoc est, q filia pręferatur Ludouico patri in tali successione: Nõ obstat etiam fundamentum quo illi aduersus.D.Iacobum vtuntur per doctrinam: Io.And.in additionibus ad specul. in Rub. de testamentis, quoniam Respondeo, vt colligitur per Pau.Castren.in dicto consil.ccxlvii.versic.nunc venio ad illa &c. vsq; in finem.d.consilii.lib.i.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Donatio per superuenientiam liberorum annullatur & irritatur. & nu. 3.
2 Absolutio a iuramento tunc est necessaria quando vinculum & obligatio iuramenti concurrunt alioqui secus.
3 Donatio etiam iurata per superuenientiam liberorum nihilominus infringitur.
4 Iuramentum præstitum in contractu restringitur & ampliatur secundum conditiones & qualitates contractui inhærentes.
5 Iurans non petere reductionem ad arbitrium boni viri, intelligitur iurasse quatenus iuste fuisset arbitratus arbiter, & non secus.
6 Iuramentum non producit vires suas ad causam de nouo emergentem.
7 Maritus iurans vxori suæ nunquam eam dimittere, sed pro legitima vxore semper tenere, potest licite spreto iuramento propter fornicationem eam repudiare.
8 Verba transactionis huiusmodi, in bonis ac hæreditatibus &c. quemadmodũ intelligẽda sint.
9 Copula posita inter duo, quorum vnum alteri necessario inest, resoluit illud, quod est ex necessitate in adiectiuum alterius.
10 Ius personale in bonis esse non creditur.
11 Statuto dictante cum quis filium & filiam non habet, frater succedat, vtriusq; concursus requiritur ne hæreditatem frater capiat.
12 Renunciatio in hypotecariis & personalibus actionibus facta, legitimam iure naturali debitam non comprehendit.
13 Iurans non venire contra contractum nihilominus venire potest si enormiter est læsus.

Respon. XXIIII.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



Debebat frater quispiam, vti ius nostrum dictat, dominæ Veronicæ sorori secundum vires patrimonii paterni dotem constituere sicq; aureos quingentos eidem nomine dotis dedit, quæ summa debita legitimaq; portio viribus patrimonii pensatis vtiq; non est, idcirco seuere nimis frater agens renunciationem publicam de eo quod plus Domina Veronica soror pro dote sua petere posset per eandem sibi amplissime fieri curauit, Qua renuntiatione minime refragante existimo dominam Veronicam Reliquũ legitimę dotis nihilominus petere posse, nemini dubium est per hanc renunciationem dominam Veronicam voluisse
1 fratri suo reliquum legitimę dotis donare. ✿ Quę quidem donatio susceptis postea liberis infringitur, annullatur, cassatur, & irritatur. l. si vnq̃. C. de reuocan. dona. Barto. in. l. frater à fratre. ff. de cond. inde. in. l. si quis pro eo § i. ff. de fideius. Bal. in. l. illud. C. de sacrosanct. eccle. Imol. in. l. aquilius. ff. de dona. Cin. Bal. & Fulgo. in. l. i. C. de pact. Soci. cõsil. ccxxv. incipi. visa prædicta facti contingentia &c. in consil. ccxev. incipi. in causa contra filios &c. versic. iii. quia donatio &c. Corn. consil. xi. lib. i. Per quam filiorum superuenientiam potuit domina Veronica reliquum dotis à fratre suo petere, non obstante deiurio, quod ipsa in instrumento renunciationis præstitisse fertur, nihilq; impedit, quia non obtinuit, neq; petiit absolutionem ab iureiurando
2 prædicto. ✿ Absolutionem enim à iuramẽto necessariam tũ ipse arbitror vbi vinculum, & obligatio iuramenti concurrũt alioquin secus Imol. in. c. venerabilis. in glo. super verbo iuramentum &c. de senten. excom. notat Bald. in sua Marga. versicu. absolutio &c. & in versic. iii. &c. Est tex. in. l. decem. ff. de verb. oblig. verum quia iuramentum non ligat iurantem in casu existentiæ liberorum, vt inferius demonstrabo

idcirco

idcirco huic renunciationi etiam iuratę potest domina Veronica susceptis postea ex se liberis rectissime aduersari licet nullam consequuta sit a dicto iuramēto absolutionem, minorem ostendo.
3 Iusiurandum in donatione præstitum non obligat quo minus reuocetur donatio si liberi postmodum suscipiātur. Bar. in. l. titia §. Imperator in fine illius §. versic. quæro mater & pater &c. quem inibi Alex. probat in appostil. lis. ff. de lega. ii. Bal. & Saly. in. l. i. C. de inofficiol. dona. Imol. in. c. fin. de dona. Io. An. in addi. ad spec. in Rub. de dona. & in tit. de instrumen. edit §. porrò. in vltima aditione Are. consil. xxiiii. Roma. consil. cclxix. incipi. in Christi nomine non est dubiū q donatio &c. vbi tenet hoc procedere etiam si renunciatum esset iuribus, & legibus, per quæ vel quas posset donatio reuocari, adduciturq; ratio, quam ponit Bar. in. d. §. Imperator. in fin. & alii sequuntur, quia si donans de liberis cogitasset non vtiq; munificentiam illam & liberalitatem ita facile exercuisset, Quare aiunt doctores donationi prædictæ inesse conditionem nisi filios vel liberos donator habuerit, ideo dicendum est superuenientibus liberis potest donans liberalitatē hanc reuocare q̄uis iusiurandum adhibuerit cum tali casu non intelligatur donasse, ideo tali casu non iurauit.
4 Omnis enim conditio seu restrictio, quæ in contractu inest iuramento etiā ibidem præstito esse creditur. l. fina. C. de nonnume. pec. l. fina. ff. qui satisda. cogan. cum similib. notant Bar. & alii in locis supra allega.
5 In simili quoq; illud adduxerim si aliquis promittit, & iurat non petere reductionem ad arbitrium boni viri intelligitur si iuste fuerit arbitratus arbiter, si quidem cogitasset, & iniuste, & inique illum arbitraturum non esse iurasset. l. si libertus. ff. de operis, libert. c. quintauallis. de iure iuran. ex hac ergo similitudine probatur, q sicut iurans non petere reductionē potest eam petere si iniq; iudicauerit arbiter quoniam iuramētum tunc non obligat ipsum & sic absq; aliqua absolutione ad boni viri arbitrium reductionem petiit, ita in casu nostro quamuis. D. Veronica donationem obseruare iurasset potest superuenientibus liberis eam reuocare absq; absolutione aliqua cum tali casu, neq; iurauerit neq; iurasse intelligatur.
6 Neq; extendit uires iuramentum ad causam nouiter emergē tē, & sic vbi ex noua causa permittitur reprobatio contractus tunc iuramentum nō obstat Ange. consil. lviii. Fœderi. de Sen. consil. clxxxi. pro qua decisione optime cō gruit, quod scripserunt Imol. & Roma. in. l. qui superstitibus. ff. de acquiren. hære. Saly. in. l. pactum quod dotali. C. de colla. quibus in locis doctores inquiunt filia quæ renunciauit hæreditati paternæ cum iuramento poterit nihilominus reiecto iuramēto illam assequi si postmodum pater hæredem ipsam instituat & hoc propter nouum ius superueniens de quo non præsumitur cogitatum arg. l. si patronus non aluerit. ff. de bon. liber. non planè iuramentum vincit iurantem in his de quibus vel non est, vel non præsumitur cogitatum. c. ad nostrā. el. ii. de iureiur. vbi glo. in verbo in mente &c. est tex. optimus in. c. quemadmodum. in prin. de iureiur.
7 Vbi dicitur si iurauit quis mulieri eam semper pro vxore legitima tenere non obstante iuramento potest eam dimittere & matrimonium cum ea non contrahere propter fornicationem, quam ipsa postea perpetrauit, quoniam in huiusmodi iuramento talis erat sub intelligenda conditio si ipsa in legem coniugii non peccaret, facit quod notat. Abb. in. c. tua nos. de iureiur. versic. in. ii. parte. glo. vbi voluit si iurant coniuges diuer/

11 ca.inuest. ❧ Vbi inquit stante statuto, si quis filium & filiam non habeat frater succedat, requiritur concursus vtriusq; ne fratri hæreditatem capere liberum sit. Ludo Roma. consil. clxvi. incipi. visa diligenter &c. inquit si aliquis concedit omnes petias terræ positas in comitatu, & villa, & vocabulo montis Alberici, q omnium concursus requiritur. Alex. consil. xlviii. incipi. super hæsitatione &c. lib. i. ait, Statutum disponens aliquid si pater & filius habitauerint simul & in communione, requiritur vtrunq; concurrere. Idemq; Alex. in simili notauit. in consil. x. incip. circa primum dubiũ &c. col. v. lib. iii. ergo videtur tantum renunciatum per. D. Veronicam hypotecæ, quæ est in bonis & hæreditate, non autẽ actioni personali prædictæ, quæ non est in bonis neq; in hæreditate sit per prædicta.

12 ❧ Vel si admittamus renunciationem hanc de hypotecariis, & etiam personalibus actionibus factam intelligi, vel quia nominatim personalibus soror renunciauit, hęc veruntamen renunciatio ad legitimam minime est producenda. Ias. in. l. actione. C. de transac. & Ang. Aret. in § cum autem. in si insti. de in offi. test. præsertim cum possit ad alia personalia referri, videlicet ad conditionẽ indebiti, vel sine causa &c. Item ad ius petendi alimenta anteq̃ nubat iuxta nota. in. l. Titio centum §. Titio genero. ff. de cond. & demonst. Non obstat aquiliana stipulatio, & subsequens acceptilatio quia intelligi potest q realia iura sint deducta & promissa per stipulationem aquilianam, & demum acceptilatione remissa, aut sufficit posse referri renunciationem hanc ad alia iura personalia vt supra, iuramentum igitur sororem non obligat quominus personali actione ad dotem legitimam constituendam ex statuto aduersus fratrem agat, quandoquidem isto casu & nihil promissum & nihil iuratum sit

13 merito a iuramento absolutio non est necessaria per prædicta. ❧ Et si iurauit soror obseruare contractum & non contrauenire non tamen per hoc videtur fortasse de non petendo supplementum dotis in quo decepta fuit & enormiter quidem, itaq; sine absolutione aliqua reliquum dotis iustissime a fratre petit, est doctrina, Quam refert probatq; Ias. in. l. vbi pactum. col. ii. C. de transact. vbi proprie dicit, qui iurauit non venire aduersus contractum potest absq; periurii metu petere, vt suppleatur precium, in quo est læsus, & deceptus quamuis simpliciter non possit petere, vel alternatiue, vt ibi latius per eum, allegat textum notabilem in. l. quę sub cõditione. §. si quis. ff. de condic. institu. Quem ad hoc notant. ibi. Alberi. Bal. Paul. Castren. & Raph. Cõmen. Ex his apparet. D. Veronicã quod petit cõsequi oportere.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Qualitas posita in eadem oratione stat limitatiue.
2 Rustici ius in armis ponunt.
3 Moetus, quem habet quis de morte affinis vel consanguinei sui, equipolet moetui, quem vertitur in persona sua, & est iustus moetus ad restitutionem in integrum obtinendam.
4 Rusticitas iusta causa censetur in integrum restituendi.
5 Restitutio in integrum recte petitur quando ad tui persuasionem actum mihi præiudicialem feci non alias scilicet factutus.

6 Restitutio in integrum aduersus iuramentum, quod sit iniquitatis vinculum, iuste petitur.
7 Restitutio in integrum fundatur in æquitate, atq; datur contra iniquitatem.
8 Mater tutrix filiorum sumptum non præsumitur ex bonis filiorum pecuniam acquisiuisse, sed ex industria sua.

Respon. XXV.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



Veruntur duo ad quæ nos in præsenti conuertimur vtrum Domina Lucia iure aliquo conuentionem seu transactionem quandam super hæreditate Ambrosii mariti & Lucæ filii factam cum fratribus. d. Ambrosii rumpere possit, demum si aduersus illam venire nequeat an in dicta conuentione contineantur quædam prædia per eam empta post mariti obitum & dum filius in humanis agebat.

In quibus summatim aciem calami distringere & breui, quid ius nostrum dictet docere constitui, Premitto q. nullo modo de iure habebat locum fideicommissum factum in testamento .d. Ambrosii, quo cauebatur, vt moriente dicto Luca filio in infantili ætate succedant fratres ipsius Ambrosii, nam ipse filius diem suum infans non obiuit sed adultus annorum quindecim decessit, illa enim qualitas infantię & pupillaris ætatis non stat solum demonstratiue sed etiam limitatiue. vt scilicet substitutio limitetur
1 habere locum moriente filio infante & pupillo. ✱ Nam qualitas stat limitatiue qn̄ in eadem oratione ponitur, vt hic secundum Fili. in. c. super literis. versi. modos aūt &c. de rescriptis. igitur mater sola filio defuncto futura est hæres exclusis patruis toto tit. ff. C. & institu. Ad tertull. His propositis hanc. D. Luciam plurifariā posse aduersus dictam conuentionem restitui existimo, Ratio prima est, illatus metus qui est causa iustissima in integrum concedendi restitutionem toto tit. ff. &. C. quod. metus. causa, maxime. per. l. metum. §. ex hoc ædicto. & per glo. in rubrica. ff. eo. & notat. Bal. in rubrica. C. de Rescin. vendi Innoc. in. c. quod sicut. de electio. iste metus facit eum qui acquisiuit cogi vt renunciet tali lucro obuenienti, quod autem in hac muliere iustus fuerit metus satis constat aperte, ipsa nanq; territefacta valde ex recenti occisione Lucæ filii ipsius quoniam aderant ex vna fratres Ambrosii mariti cum multis sociis armatis coniunctis & sequacibus, ex altera vero stabant fratres. d. Dominæ Luciæ pluribus associati hominibus armatis, ipsa tunc Domina Lucia conspiciens
2 audiensq; multas tunc inde minas ab his inuicem oriri. ✱ Atq; mores & consuetudines talium rusticorum ex aliis rerum argumentis, qui in armis ius ponunt, non ignorans valde timuit acriterq; verita est ne pugnę cruentę initium daretur, nisi
3 ipsa mulier assentisset huic conuentioni in fauorem fratrum mariti sui. ✱ Facileq; mors consanguinei, vel affinis ipsius contingere posset, qui planè metus iustissimus putatur, per omnia in iure æquipolens metui quem habet quis in persona sua. Bal. in. l. i. C. de indic. viduit. tolen. Potest etiam alio capite in integrum restitui mulier aduersus transactionem hanc super hæreditate hac factam

mulier

mulier quidem Lucia erat & rustica, neq; peritiores consulere sic facile potuit quoniam eadem die vel saltem præcedenti die immediate pugionibus multis Lucas filius perfossus diem illico functus est, e uestigio interempto filio dictæ Luciæ armata vi & hominibus ad hoc coactis fratres Ambrosii mariti quos idem Ambrosius testamento substituerat insurrexerunt & festinatione nimia. d. D. Luciam pro con
4 uentione & transactione huiusmodi ineunda induxerunt impulleruntue. ❧ Non immerito ob sui rusticitatem & nimiam aduersariorum celeritatem ignoscetur & integrũ restituetur. Cin. & Bar. in. l. i. C. de iur. & fac. igno. Alex. respondit consil. xiiii. incipi, viso & considerato themate &c. in fin. lib. ii. vbi allegat. tex. in. l. i. in fin. & in. l. sed si p prætorem § hæc culpa. ff. ex quib. cau. maio. vbi inquit q rusticus qui non petiit inuestituram tempore debito restituendus est in integrum per titulum, ex quibus cau. maio. quia peritiores consulere non valuit item potest hæc mulier restitui quia vt constat in instrumento conuentionis Ambrosii mariti, fratres asseuerabant se futuros hæredes tam ex substitutione, q̃ ex proximiore agnatione & agnationis gradu priore, & licet dicta Lucia aduersus illos verbis niteretur attamẽ ignorans ius sum mopereq; timẽs & eorum suasionibus multis cessit eis quod ipsius erat, alioquin non est credendum eam voluisse absq; vrgentissima causa ius suum perdere. l. cum de in
5 debito. ff. de proba. ❧ Itaq; succedit doctrina notabilis iubens vbicunq; ad persuasionem tuam actum mihi præiudicialem feci non alias facturus, possum petere in integrum restitutionem. Bar. in. l. i. in prin. versic. per hoc dico &c. ff. de eo per quem factũ erit. & ibi sequuntur moderni. Bar. in. l. error. C. de iu. & fac. igno. & ibi. Iai. col. iii. versic. ex. ii. solutione &c. Nec obstat si dicatur de iuramento apposito in instrumẽto dictę cõuentionis, quia Respondeo, vi, vel dolo malo iuramentum extortum nullum esse. auct. Sacramenta puberum. C. si aduer. vendit. Quamobrem si dolo & caliditate aduersariorum huic mulieri suasum fuit hæreditatem ad eos non etiam ad ipsam spectare & sic isto respectu fuerit inducta ad conuentionem sic faciendam me
6 rito iuramentum est nullum neq; obligat. ❧ Et posito q dolus non reperiretur extitisse absolutio tamen ab hoc iuramento omnino concedenda foret quia saltem fuit turpiter extortum & est isto casu iniquitatis vinculum, quocirca & si valeret tamen absolutio concedi debet vt notat Petrus de Anchara. in. c. canonum statuta. de constitu. in vndecimo articulo principali versic. quid dices de iuramento Abb. in. c. si. infi. de iureiur. Idem late in. c. cũ contingat. col. xvii. de iureiuran. sed clarũ est q in casu nostro hoc iuramentũm est iniquitatis vinculum ob quam iniquitatem conce
7 dunt iura in integrũ restitutionem. ❧ Cum in æquitate fundetur restitutio & contra iniquitatem detur. l. sed & si per prætorem § item inquit prætor. ff. ex. qui. ca. maio. Ideoq; vel iuramentum hoc nullum dicetur vel absolutio ab eo dabitur.

Aggredior secundum dubium, & prima inspectione satis vid. retur dicendũ pecuniã qua. D. Lucia prædiola quædã cõparauit de bonis Lucæ filii quæsita censeri, maxime dum ipse Lucas in pupillari ætate agebat. Arg. l. quintus. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. etiã. C. eo. cũ simil. Ideo videretur dicta bona ex pecunia pupilli empta hęreditaria esse & non ppria ipsius mulieris. l. curator. C. arbi. tut. l. ii. ff. q̃n ex fac. tuto. sed profe
8 cto iura illa oĩa loquuntur in diuerso casu dũ. s. matrimoniũ cõstabat. ❧ Quare non

procedunt quando mulier soluto matrimonio filioum suorum tutrix fuit tunc enim præsumitur locuplex effecta ex industria & opera sua, vel ex bonis suis nisi contrarium probetur, in propriis terminis consuluit Alexan. consil. lxii. incipiente Serenissimus &c. col. fina. versic. sed nunc & vltimo &c. lib. iiii. Allegans. tex. in .l. si defunctus. C. arbit. tute. & tex. in. d. l. i i. ff. quando. ex fac. tuto. cum similibus. procedit si vere rem emptam ex pecunia minoris certum sit, at secus vbi essemus in casu quo præsumeretur pecuniam ex bonis pupilli quæsitam fuisse in specialem filiorum fauorem, eo casu pecunia non propterea ipsius pupilli est: Item posito q̃ præsumptiue pupilli esset non tamē procedit. d. l. ii. cum similibus. ne duo specialia concurrant contra .l. i. C. de dot. promis. Enimuero fateor hanc vltimam solutionem non admodum necessariam, quia non præsumitur ex bonis pupilli quęsita pecunia sed mulieris, & per consequens dicta prædia in hæreditate. d. Lucæ filii interempti non sunt sed in bonis ipsius dominæ Luciæ vt supra probatum est neq; illa conuentione, quæ super hæreditate duntaxat & Ambrosii mariti & Lucæ filii facta fuit, prędiola hæc continebuntur.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Statutum iubens vniuersitatem seu villam teneri pro damno in villa dato etiam q̃ villa prorsus inculpabilis esset, valet & est seruandum.
2 Lex vel statutum vult quandoq; aliquem damnari ex alterius delicto.
3 Incendia præsumuntur culpa inhabitantium fieri & quomodo, nu. 4.
4 Incendia fieri culpa inhabitantium quomodo intelligantur.
5 Effectus rei non proficiscitur a causa diuersi generis.
6 Incendium domus, quando plures inibi habitabant, præsumitur non posse sciri cuius culpa fuerit factum.
7 Habitatores incensæ domus non possunt iuris præsumptione condēnati nisi prius fuerint citati.
8 Statutum faciens mentionem de probatione, intelligitur de illa probatione, quæ idonea sit ad condemnationem.
9 Probatio præsumptiua non est propria & indubitata probatio, sed impropria.
10 Verba statuti debent proprie & stricte intelligi, non autem improprie & ficte.
11 Probatio vbi in statuto requiritur non sufficit probare per coniecturas.
12 Conditio impleri debet vere proprie & in forma specifica.
13 Delicta præsumuntur facta ab his, qui in loco delicti crebrius agunt & ambulant.
14 Probatio præsumpta non admittitur aduersus dominum combustæ domus.
15 Negligentia praua dolo æquiperatur, & peccat mortaliter, qui est negligens in officio sibi cōmuni iure aut municipali commisso.
16 Culpa domini incensæ domus in eligendis habitatoribus quonam modo probanda sit.
17 Culpa domini in eligēdis habitatoribus suæ domus, aut est leuissima, aut dūtaxat leuis esse pōt.
18 Dolosus concurrens cum eo, qui est in culpa leui, aut leuissima potius punitur & penam subit, q̃ ille culpabilis.

Respon. XXVI.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



Ombusta domo in communi voltæ Rhæni Fluminis dum nescitur quis eam cōbuserit Nos interrogati Respondimus cōmunitatem seu vniuersitatem illius loci ad emendationem damni incendio dati teneri, & hoc maxime quia

statutum

statutum sub Rubrica de emendatione damnorum datorum à quibus ignoratur nominatim sic fieri iubet & etiam ex communi vsu stilo & consuetudine quæ optima est legum & statutorum interpres. l. si de interpretatione. ff. de legib. iuribus & ar-
1 gumentis pluribus id ostendemus. ☙ Imprimis nihil hæsito quin huiusmodi statuta valeant & seruanda sint etiam si iuberent villam illam eo casu teneri, quo non sit culpabilis sed omnino insons vt per Angel. in. l. i. §. occisorum. ff. ad Sylla. propterea Barto. in auct. & omnino. C. ne vxor. pro mari. Dicit valere statutum represalias concedens, idem tenet Ioan. Andr. in. c. non debet. de regul. iur. lib. vi. Iacob. de Belui. in auct. vt nulli. iud. in §. quoniam vero. c. i. ibi plene notat. de iureiur. est tex. in. l. ivra puisum. C. de Fabricē. li. xi. & in. l. i. C. de om. agro
2 deser. lib. xi. ☙ Nec mirum vt quis pro alterius vtilitate quandoq; condemnetur ex facto, vel culpa alterius, cum & lex ipsa idē quandoq; faciat. l. i § summa. ff. de his. qui. deiece. vel effude. & in aliis locis supra adductis, est glo. i. c. i. de iureiur. quæ dicit quē posse ex causa etiam sine culpa puniri, Quod autem verba. d. statuti casum hunc nostrum comprehendant, & sic in eo debeat eius dispositio locum habere patet, qm̄ statutum loquitur, & disponit de damno, & incendio dato, vel facto à quibus ignoratur, & in hoc casu à quibus incendium sit perpetratum nescitur, ergo dicta cōmunitas hominum tenetur ad integram damni satisfactionem, vbi nanq; statuti verba conueniunt eius quoq; dispositio congruit à quibus non recedemus. l. i §. si his qui nauem. ff. de exercit. vbi melius est verbis ædicti seruire &c. Non obstat si dicat verba
3 statuti hoc casu non conuenire. ☙ Quia non ignoratur quis damnum dederit sed scitur præsumptione iuris præsumentis inhabitantium culpa incendia fieri. l. iii. §. i. ff. de offi. præfe. vigillum. l. si venditam in prin. ff. de pericu. & commo. rei venditæ. l. qui insulam § fina. vbi Bar. ff. loca. Ideo non videtur statutum locum habere in illis verbis supra relatis, sed potius in aliis verbis eiusdem statuti videlicet nisi villa pos
4 sit probare qui sint illi qui damnum dederunt. ☙ Respondetim ipse q̄ dicitur incendium præsumi factum culpa inhabitantium intelligitur de culpa leuissima, quæ fiat in omittendo secundum Alex. in. l. si quis ex argentariis § fi. col. penul. versic. & ibi dicit &c. ff. de eden. & idem Respondit consil. so. versi. nec obstat ad hoc &c. lib. i. Statutum autem obligat villam seu communitatem, quando ignorat quis damnum fecerit non eum qui neglexerit, & sic absoluit communitatem, quando ipsa pbat quis damnum vel incendium commiserit, non autem quando probat qs neglexerit: posito itaq; citra veri præscriptionem q̄ per iuris præsumptionem diceretur, & sciri & probari eos qui fuerint negligentes tamen ignoratur nec probatur quis incendium commiserit, constat enim ipsum admissum, ignoratur autem à quo, cum itaq; incendium sit quid facti necesse est ipsum esse factum, atq; commissum, neq; potuit oriri
5 tale incendium ex non facto habitantium. ☙ Quoniam effectus non procedit à causa diuersi generis sed eiusdem generis tātum secundum Bar. in. l. cōstitutionibus. ff. ad munici. Præterea & vnum aliud dixerim non solum ignoratur quis incēdium
6 commiserit, sed etiam nescitur quis negligenter obmiserit. ☙ Ibi etenim in usto ædificio plures aderant inhabitantes, & cuius id culpa acciderit non intelligitur Roma. consil. cccci. incipi. eo præsupposito. & Ias. in. d. l. si quis ex argētariis § fi. incipi. prætor

ait.col.fina.ff.de ædem.Saly.in.l.quæ fortuitis.C.de pigno.actio.Ioannes de Anna/nia.consil.lxxi.incipi. visis &c. Alex.consil.l.lib.i.

7 Immo q plus est non fuit etiam probatum præsumptiue.d.incendium per inha/bitátes fuisse commissum, non enim vt oportuit fuerunt aliqui citati ex his qui ini bi habitabant, itaq; non est aduersus illos sic probatum tali præsumptione,quæ suffi ciat ad eos condemnandos,vt statutũ disponit iuxta notata per Bart.in.l.de ætate.

8 ff.de minori. Vnde verba statuti loquentia de probatione personæ damnum dantis mandantia q; q tunc persona,quæ damnum dedisse probatur puniatur,& cõ/demnetur absoluta villa,seu communitate,debent intelligi de illa probatione, quæ sufficiat ad illam personam puniendam & condemnandam, non autem de ista pro/batione,quæ non sufficeit iux.glo.in.c. statutum.de rescriptis.lib.vi.tex.est cum glo. in Cle.constitutione de elect. Bal.in.l. peremptorias.col. fi.C.senten.rescin.nõ pos. glo.Bal.& Saly.in.l.i.C.de fi.instru.Bar.in.l.si instrumenta.ii.notabili.C.de fi.instru. & iure Hast.fiscal.lib.x. faciunt nota. per Fili.in.c.in omni.de testi.versic.in tex.ibi in omni &c. vbi dixit q generalis mentio probationis facta etiam cũ verbo qualiscũq; &c. restringitur ad talem probationem,vt non resultet absurdum vel iniurium contra

9 rietas. Præterea nõ debet verificari statutum in probatione per præsumptiones, quoniam illa non est vera nec propria probatio,sed impropria, vt notat. Soci.in.l.i. ff.si cer.peta.col.vi.versic.& nota &c. Alex.in.l.i.C.de testa.militis, Curci.late.cõsil. lxxviii.inci.Dña Franceschina.col.penul.versic.& confirmatur &c.Corn.consil.lxix. versic. & dato q statutum &c. lib.iii.Alex.in.l.licet Imperator.ff.de lega.i.in.fi.nota/bili Bar.in.l.i.C.de fi. instrumen.& iur. Hast. fisca. lib.x. Vnde talis probatio in casu

10 nostro non sufficit pluribus rationibus. Primo quia statutorum verba debent proprie,& vere non autem improprie,& ficte intelligi.l.quicquid astringendę.ff. de verb.obliga.cum ibi nota is.l.i §.hoc interdictum.de cisterna.ff.de fonte,& ibi Bart.

11 Secundo quoniam,d.statutum requirit probationem cõditionaliter quo casu nõ sufficit probatio per coniecturas,& præsumptiones l.Lucius vbi Bar.& Pau.Castren.

12 ff.de condit.& demonstratio. Ad quod facit quia conditiones impleri debent vere proprie,& in forma specifica.l. meuius.l. qui hæredi.ff. de condit. & demonst. Item & tertio quia intelligendo statutum de probatione præsumptiua ipsum statutũ

13 semper esset frustratorium. Cum damna & maleficia præsumantur facta ab his qui in loco delicti crebrius agunt,& ambulant secundum Rayne.in.l.insto,in prin.ff. de vsucap. & Alex.in dicto consil.l.col.iii.versic.cum probatur &c.lib.i.Ideo si suffi/ceret ista præsumptiua probatio sequeretur q statutum nunq̃ effectũ haberet, Quã/obrem intelligere statutum oportet de vera duntaxat & propria probatione nõ au/tem de præsumpta legali ne sit elusorium,atq; inefficax.d.statutum iuxta tradita late

14 & magistraliter per Soci.consil.ii.in fi.lib.iiii. Maxime quia præsumptiua proba/tio contra tertium,id est contra dominum ædificii combusti nõ admittitur licet suffi cienter contra illos qui habitabant,& neglexerunt fuisset facta probatio Bar.& com/muniter omnes in.l.cum filius. in fine principii.ff. de verb. obliga. idem Bar. Ait in disputatione sua incipiente Perusinæ ciuitatis statuto cauetur &c. in fine, neq; ab/surdum puto si cõmunitas ista teneat pro tali incendio, q̃m ex dicto statuto cõmu

 nitas illa

nitas illa tenetur suum territorium, & districtum curare obseruare, & custodire ne ibi damna de die, aut de nocte dentur, vt in principio ipsius statuti expresse notatum legi, quod & iure communi idem ferre disponitur. l. i § summa. ff. de his. qui. deiece. vel effu. l. nequis. ff. de incen. rui. naufra. non autem constat dictam communitatē prædicta obseruasse, curasse, & impleuisse, neq; custodes qui territorium obseruarent diligenterq; custodirent, & ab incendiis, damnis, & aliis huiusmodi facinoribus purgatum territorium redderent vti decebat adhibuisse, neq; alia quæ ex dispositione statuti facere tenetur curasse merito teneri debet, non quidem legi, vel statuto satisfecit, sed contra illud non adhibendo custodes & diligentiam commisit, merito ex
15 facto & delicto suo communitas illa tenetur. ● In dolo enim esse dicitur ob eius prauam negligentiam. Cle. i. vbi Cardi. in. viii. notab. de testamen. Cle. i. vbi idem Cardi. in. ii. notab. de celebra. missa. Bal. in. l. si quando. col. i. C. de testi. Bar. in. l. Titium & meuium § i. ff. de administra. tutor. notat. Soci. consil. ii. col. penult. versic. concluditur &c. Fili. in. c. i. col. iii. versic. declara &c. de offi. delega. Quibus in locis omnes concludunt, ꝙ negligentia est mortale peccatum in officio sibi à iure communi, aut municipali commisso.

Non aduersatur tex. in. l. si seruus seruum § si fornicarius. ff. ad. l. aquiliam. vbi quis tenetur de negligentia etiam circa ea, quæ non sunt eius officio cōmissa, illud enim verum est eo quia non fuit ibi negligentia simplex, sed culpa in faciēdo, idest in eligendo parum idoneum, vt dicit tex. ille in versic. si negligens in eligendis ministris fuit &c. quæ culpa non est probata in casu nostro cum neq; sit probatum, ꝙ aliqui habitauerint dictam domum, & eorum negligentia sit commissum incendium, cum citati non fuerint habitantes vt supra, & per consequens quicq̄ de negligentia, aut
16 insufficientia eorum probatum non fuit. ● Neq; culpa dominorum vstæ domus in eligendis habitantibus eam probata est, quæ non potest probari, nisi prius antedicta probentur, & nisi probetur ꝙ facile fuisset dominis alios inuenire habitatores diligentiores, & magis idoneos, vt ait Alex. cōsil. lxxiiii. in fi. lib. vi. Bar. & Bal. in. l. ideoq; . ff. pro soc. & in. l. si ab hostibus § fina. ff. solu. matri. & in. l. bonorum. ff. de bonorū possessio. & in. l. tutor qui repertorium § penul. ff. de administ. tuto. Bal. in. l. iuris. C. qui. admitti. Quin potius si concedamus, vt pbarentur prædicta nō per hoc tñ cōsul-
17 tum foret. d. cōmunitati. ● Si enim electio illa de habitatoribus facta culpabilis fuisset, adscribēda dūtaxat esset, aut leui, aut leuissimę culpę, vt patet. in. d. l. si seruus seruū § proculus. ff. ad. l. aquiliam. ipsa autem communitas fuit in dolo non custodiendo
18 villam, & territorium vti statutum iubet. ● Quapropter damnum doloso potius q̄ existenti in culpa leuissima, aut leui imputabitur, vt in furto cernimus de quo tenetur fur ipsi domino passo furtum, licet in furto aliqua culpa, seu negligentia domini persæpe interuenire credatur vt toto tit. ff. & C. de fur.

Non obstat doctrina Alberici. in. l. i. § Item illud. ff. ad Syllania. Quam ipse repetiit in secunda parte statutorum, quæst. lxxx. Quoniam non se firmat in illa doctrina, Vt sit opus probare incendium, vel ignem immissum fuisse per aliquem extrinsecus, sed dicit illud argumentatiue loquens, vt patet, quia postea ipse subdit contrarium per. l. furtim cæsa. ff. arbor. fur. cæsa. vbi subiicit constare

arbores fuisse cæsas domino ignorante, licet non probetur fuisse cæsas scælere ab extraneo, qui tex. melius probat illam vltimam partem q̃ pars contraria probetur per .d §. Item illud. nam ille tex. in .d §. inquit, q̧ vt familia torqueatur pro morte domini oportet prius constare dominum occisum fuisse, non naturaliter mortuum ex quo infert ille tex. q̧ liquere debet dominum scælere interemptum esse qui occisus est, & sic violenter peremptus censetur scælere peremptus, similiter ex quo constat arbores esse incisas non quidem naturaliter arefactas, vel naturali vitio, vel naturali impetu euulsas, aut deiectas, dicitur constare illas fuisse scælere incisas, ideo quia constat non esse mortuum dominum naturaliter, interemptũ extrinsecus, idest extra causam naturalem interemptum fuisse constat, non autem illa dictio extrinsecus, idest extra domum intelligitur, Senatusq; consultum Syllanianum loquitur de occiso in domo non extra domum. l. i. in prin. & in §. hoc autem Senatusconsul. ff. ad Syllanianum. ideoq; accipiendo verbum extrinsecus non pro hominibus extra domũ id facientibus, sed de facto, non naturaliter, immo extrinsecus, idest extra causam naturalem, testus illi omnes in hoc concordãt q̧ sufficit non esse factum naturaliter, sed à causa extrinseca pro qua aliquis veniat condemnandus, licet non probetur q̧ aliquis extrinsecus à domo id fecerit. & ita est in casu nostro, quia constat incendium nõ accidisse naturaliter eo modo quo naturaliter homo mori potest, sed extrinsecus, idest extra causam naturalem, & hoc sufficit vt in d. iuribus patet. Præterea in casu statuti nostri si communitas vult absolui oportet q̧ probet quis incendium & dãnum taliter fecerit, vt ille possit puniri, & condemnari vt supra dixi, quod minime in casu nostro factum fuit, in casu autem quæstionis Alberici non grauabat statutum cõmunitatem tali probatione merito non obstat: Consulimus, itaq; in quæstione proposita communitatem istam ad reficiendam domum ædificandamq; sumptibus vniuersitatis teneri, atq; compelli.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Actus quis nullus multos patit validos effectus.
2 Annullatio actus & omnis inde prouenientis quid & quantum operetur.
3 Dominii translatio ex contractu etiam inualido probe fit, & quare?
4 Statutum prohibens confessionem rei aliquo casu recipi, intelligitur vt ne dum a iudice, sed etiam a notario non recipiatur.
5 Dictio, inde, quid significet.
6 Delinquens in aliquo an & quando in eodem genere delicti malus præsumatur, & nu. 7.
7 Semel malus licet semper malus præsumatur in eodem genere mali, hoc tamen est verum in faciendis, non vero in iam factis.
8 Malus quã quis præsumitur, si de ipsius bona fama in genere probet deficit præsumptio hmõi.
9 Fur & quilibet alius delinquens si per lapsum triennii latrocinio vel aliis delictis sese abstineat facit deficere præsumptionem malam, quæ erat contra eum.
10 Accusatus de crimine non prius torqueri debet, q̃ ei fiat potestas inspiciendi indicia cõtra eum, vt illa improbet si potest.
11 Copiam indiciorũ contra accusatũ de crimine quãdo iudex ex officio non petenti dare debeat.
12 Confessio & interrogatio facta per torturam legitimis non præcedentibus indiciis, quamuis eam ratificet reus, non valet.
13 Condemnatio non potest sequi ex confessione legitime facta nisi verificentur ea, quæ in confessione continentur.

Confitens

14 Confitens se rē accepisse, quia credebat dn̄m rei, illā sibi pmissuꝝ, non dicitur furtum fateri.
15 Furtum cui factum dicatur domino rei an fuloni penes quem res aderat.
16 Iurans seruare statutum non potest illius ignorantiam postea allegare.
17 Scire quis praesumitur ea, quae in scripturis & libris apud se repertis continentur.

Respon. XXVII.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



Gnari iudices qui de publicis (ut aiunt) iudiciis cognoscunt nullis aliis indiciis praecedentibus per solam rei cofessionem ante torturam reos torquent poenisq; accerrimis afficiunt & ius cōe, & ius municipale istius ciuitatis supine nimis despiciunt, Quapropter dixerim cōfessionem furti, quā reus ante torturā fec't nō valuisse tam de iure cōi (vt alias diximus) q̄ iure isto municipali, neq; ex ipsa cōfessione sequi potuit ad furcā damnatio, qđ magis id veꝝ arbitror qm̄ confessio furtoꝝ nō fuit postea plenè verificata neq; ad summā & q̄titatem, qua meruerit hic reus laqueo suspendi ſm normā istius statuti. Nec dicatur q̄ illa cōfessio ante torturam habita licet non valuerit refragante statuto ad condemnationē imponendā, valuit tn̄, vt faciat indiciū ad torturā & huiusmodi inditio hūc reū improbe insciteq; admodū iudex torsit, inde confessus est reus furta plurima, qbus oibus cōputatis summa & q̄titas sit legitima, qua iure statuti pmittente potuisse reus damnari videt̄ iuxta nota. per Alex. & alios. in. l. magistratibus. ff. de iurisd. om. iudi. doctores. in. c. at si clerici. in prin. de iudi. maxime. Deci. ibi. col. viii. ix. & . x. versic. subsequenter &c. Nam Respondeo nullā esse isto casu cōfessionem ēt quo ad facien̄. indiciū, cōtraria quippe in terminis
1 valde diuersis sibi locū parant. ✱ Ex actu. n. etiā nullo multi sequūtur validi effectus ſm doctores in locis p̄alleg. vt est volūtatis declaratio, cōstitutio in mala fide, & sic de singulis, ideo non est inconueniens q̄ ex actu ēt nullo sequat̄ indicium ad torturam sufficiens, & sic nō cōsequens erit dicere, actus est nullus ergo nō possunt p̄dicta seq, quia ex actu nullo p̄dicta sequuntur ita declarat Decius in loco alleg. col. ix. versicu. sed breuiter Respōdet̄ &c. At in casu nr̄o statutū exp̄sse annullat tā confessionē q̄ qđ
2 inde sequit̄ & p cōsequens vim indicii, qđ inde oriri pōt infringit. ✱ Quotiēs annulatur actus & oē qđ inde ꝑuenit, omnis quoq; effectus inde resultans sublatus intelligitur ni dispositio annullans ꝑcedat vltra conseruando aliquē effectū, aut dando modū annullandi qđ sequitur, vel nisi sequatur id ex in validi actus executione, quae posset stare sine illo actu nullo, ita cōi snia oēs addicūt in. l. nō dubiū. C. de legi. qn̄ faciunt oppositionē. d. l. i §. biduū. ff. qn̄ de appel. sit & de tir. qđ me. ca. & ad Maced. & ad velleia.
3 ff. & de. l. eleganter. circa princ. ff. de dolo. ✱ Vbi si p̄cesſit contractus inutilis q executioni mādet̄, trāsfert̄ dn̄ium p traditionē qm̄ illa Dn̄ii trslatio à cōtractu nullo nō pficit̄ sed ab eius executione. i. traditione, q̄ sola ex cā putatiua sine illo cōtractu nullo dn̄ium transfert, at in casu nr̄o dictū statutū annullans cōfessionē factā cōtra eius phibitionē & qđ inde sequit̄ nō reseruat infamiā nec indiciū ad torturam, nec ēt pōt in de. d. cōfessionis inualidae executio aliqua cōsiderari, quae sola sine. d. confessione nulla possit inditium ad torturam facere, merito ēt quo ad indicium nulla est.

Item alia rōne cōclusio p̄fatoꝝ doctoꝝ nō obstat, illa nāq; ideo ꝑcedit qa de inualida

confessione constabat ex ea non immerito indicium resultare potuit, in casu autem nostro nedum cōfessio est nulla sed etiam de ea non cōstat, idcirco ab eo quod non apparet indicium aliquod resultare non pōt, sicut neq; ex eo quod non est, quid releuans non pōt oriri, paria sunt vel nō esse vel nō apparere. l. in lege. ff. de cōtrahen. emp. cū simil. quod aūt de. d. confessione nō appareat ondītur quia statutū huius ciuitatis confessionem seu Responsionē recipi vetat nisi ad tribunal malefícioꝝ & coram certis psonis, aliisq; solemnitatibus seruatis vt in. d. statuto cauet. Et notarius q
4 actis cōficiendis preest in scriptis de prædictis oibus mentionē facere teneat. ✠ Pro cuius statuti sanctione interptanda sciēdū est dū prohibet cōfessionē aut Responsionem recipi intelligit eā prohibere ne dū a iudice sed ēt a notario posse recipi, vt nō possit tabellio instrumentū de ea cōscribere nisi ea cōcurrāt de qbus ibi, Notarius qdē recipere aut suscipere qd dicit si de eo scripturā vel instrm̄ conficiat & illud instrm̄ susceptū & notarius susceptor appellat. l. contractus. in prin. C. de fid. instrumen. l. si. C. de fideius. ex quo sequit ꝙ instrm̄ & scriptura facta de tali cōfessione cōtra ꝓhibitionē dicti statuti & eius formā est nulla, ꝓbationēq; nullā facit. l. nō dubiū. C. de. legi. cū simili. immo. d. nullitas instri vel scripturæ ne dū colligit tacite ex ꝓhibitione ipsa, sed ēt expsse appatet ex verbis ipsius statuti dū inqt qñ fit cōtra formā & dispositionē eius nulla sit cōfessio & qd inde seqtur &c. pp hmōi verba irritat expsse instrm̄ & scriptura, q̄ facta est de ipsa cōfessione & sic habuit originē vel occasionē a confes
5 sione prædicta. ✠ Dictio. n. inde &c. originē & causam nō solū immediatam, sed mediatam quoq; quam iurislatores occasionē vocant significat. c. qualiter & qñ. el. i. in prin. de accusa. l. meminerit. C. vnde ui. in illis verbis ne inde iniuriaꝝ nascat occasio vnde iura nascant &c. expresse igit liquet ex verbis & mente dicti statuti scripturam, vel instrm̄ factū de ipsa confessione nullū esse, Quapropter quærunt frustra aliæ cōiecturæ nullitatis in ipsa confessione & eius scriptura, Enimuero vt exabundanti fortiter tn̄. qd ēt aduersus hunc Iudicem addamus, quia opportet confessionē receptam esse deq; ea scripturam fieri in pręsentia testium & aliis quibusdam solēnitatibus adhibitis, hæc ipsa solemnitas est probatoria, qua deficiente scriptura non probat iuxta. ea, quæ notant in. l. cū qs. C. de iur. & fac. ign. & si bene consideret hæc ratio ponderata vt supra videlicet quia nullitas scripturę, vel instrumenti inducatur a statuto cessabit omnis Responsio, quæ posset in contrarium adduci, item & alia ratione nō obstat doctrina scribentium de qua in. d. l. magistratibus. & in. d. c. at si clerici. Doctores ibidē volunt confessionem inuallidam ad torturam indiciū facere de eodem delicto Nos vero sumus in casu vbi quæritur de indicio faciendo quo ad alia furta non solum ad ea, quæ tunc confessus fuit, nimirum si reus ille ob talem confessionem tor
6 queri nō potuit. ✠ Nā si constat quē alias deliqsse vtrū ex hoc sufficiens oriat indiciū ꝓ aliis eiusdē generis criminibus postea factis ita vt de illis quoq; & iterrogari & torqueri possit, duę in hoc ꝓponunt opiones, Altera ꝙ nō possit capi indiciū sufficiēs de aliis delictis neq; sup his iterrogari vel torqueri possit, ita voluit Dn̄s Paris in suo tractatu sciudicatus fol. cxvi. versic. an stet &c. Et latissime illustris. Doct. dn̄s Hyppol. de Marsiliis. in sua pratica. fol. xx. xxi. versi. vlterius quæri pōt &c. ꝓ qua opinione facit qd notat, Alberi. in. l. omnimodo. C. de inoff. testa. col. fin. versic. si vero dubitat.

de delicto

7 de delicto aliquo &c. • Vbi inquit q semel malus præsumitur malus tantum in
postea faciendis adeo vt ab illis actibus remouet, in quibus similiter delinquere pos-
set, sed non præsumitur malus in iam factis vnde licet postmodum reperiatur de-
lictum aliquod eiusdem generis factum non tamen præsumitur ab illo perpetratum
fuisse, & secundum hanc opinionem clarum est, non potuisse propter præcedentia
furta etiam si de eis manifeste constaret torturam posse de aliis furtis postea factis ha
beri, Altera fuit doctorum opinio, vt ex pręcedētibus furtis posit summi inditium
ad torturam pro aliis furtis postea factis hanc opinionem tenet Bar. in. l. fina. ff. de
quæstio. Alex. consil. v. consil. l. & in consil lxxvii. lib. i. Saly. in. l. fina. C. de quæstio.
Et Paris in. d. tract. scindicatus. fol. cxxi. versicu. si probet &c. & Gandi. in tractatu
maleficiorum sub rubri. de præsumptio. & indici. in fi. Franc. bru. in tracta. de indici.
& tor. col. viii. versicu. & primo &c. Pro qua opinione adducitur regula. c. semel
8 malus. de regu. iur. lib. vi. • Sed doctores communiter hanc limitant opinionem
non procedere vbi in contrarium bona fama. probata esset etiam in genere, ex tali
enim probatione tollitur omne aliud inditium delicti & sic tollitur inditium resultās
ex. d. regula semel malus &c. vt notat Gandi. in tracta. maleficiorum. de præsump. &
indici. in rub. versic. sed pone aliquod &c. fol. ix. Bal. in. l. ea quidem. C. de accus. col.
penul. versic. Item quęro an infamatus &c. Alex. in. l. fina. ff. de quæstio. Cor. in consi.
lviii. lib. ii. Deci. consil. clxxxix. & est communis opinio quam sequitur præfatus. D.
Hyppolitus in sua pratica. fol. xxv. versic. circa hanc materiam &c. Secundum hanc
opinionem sic limitatam patet etiam q in casu isto quamuis extaret confessio de fur
tis præcedentibus non tamen potuit summi inditium ad torquendum circa alia fur
9 ta, quæ secuta dicuntur. • Postea namq; per lapsum triennii, a tempore dictorum
furtorum probatum est de bona fama illius rei inquisiti & suspensi, quæ bona fama
necessario censetur ex hoc acquisita, vel quia nunquam furatus est ipse reus, vti arbi-
tror, vel quia saltem post prima asserta furta abstinuit se per triennium latrocinio hu
iusmodi, quo casu bona fama acquiritur & è contra purgatur inditium fundatum in
primis assertis furtis. & in. d. Regula. semel malus &c. secundum Bar. in tracta. de test.
& Saly. in. l. si minorem. C. de in integrum. resti. per §. Sancimus. in auct. de mona.
10 • Immo etiam si extitissent inditia, quod tamen falsum est, non ideo torqueri de-
buit priusquam fieret potestas inspiciendi ipsa inditia & daretur ter ad ea improban-
11 da. • Et licet statutum loquatur quando petitur hoc, debet veruntamen intelligi se
cundum ius commune iuxta. l. si serui vestri. C. de noxalibus. videlicet si inquisitus est
persona non miserabilis, non ignara, tunc verum est potestatem hanc inspiciēdi nō
debere fieri nisi petenti, sed quando est persona ignara, miserabilis, & rustica, vt in
casu nostro, debet index ex officio proprio prædictam facere potestatem licet non
petatur, vt declarat Dominus Hyppolitus de Marsiliis in. d. pratica criminali. fol. xiii.
versic. sed potest hic quæri &c. Et dn̄s Paris. in suo tract. malefi. fol. xxxiiii. xxxv. versi.
an potestas, qui misit &c. & hæc vltima dicta sint ex abundanti præcipuum quidem
fundamentum est quia nulla aderant inditia.

Confessionem igitur aliam, quæ in tormentis habita est nullam atq; inualidam prorsus
fuisse iudicamus, quæstionem ipsam seu torturam non præcessit inditium vllū, neq;

datũ fuit exẽplũ inditioꝝ,neq; terminus ad impugnãda illa (uti debuit) fuit pstitutus qđ supra diximus,quinimmo si qđ præcessisset inditiũ purgatum abolitumq; foret.
12 Quare interrogatio & cõfessio facta p torturã legitimis nõ præcedentibus inditiis nullius esse momenti extimatur q̃uis milies ab reo ratificata eẽt.l.penultima. vbi glo. Bar.& moderni.ff.de quæstio.quod est verum si etiam postea superuenirent inditia secundum glo.& Bar.in.l.maritus.ff.de quæstio.Ange.Aret.in tract.Malefciciorum. versic.fama publica præcedente &c.& in versic.v.quæro &c.Alex.consil.clxxix.lib. .ii. Fran.Bru.in tracta.de indi.ad tortu.&.D.Hypol.de Marsi.in.l.penultima.ff.de
13 quæstio.& in sua pratica criminali.fol.xxxix.versic.nam confessio facta &c. Et licet confesio illa fuisset valida non potuisset iudex procedere ad cõdemnationem ex quo non fuerunt verificata contenta in confessione.l.i § si quis vltro.& ibi notatur.ff.de quęstio.Bal.in auct.sed nouo iure.C.de Ser.fugi.& in.l.i.C.de confes.refert & sequitur.Soci.in.l.non vtiq;.ad finem.ff.de exceptio.in versic.caue tamen &c.
14 Vbi etiam subiicit quodam optimum ad propositum dicens q; siquis inquisitus de furto confessus est se rem illam accepisse qa credebat dñm pmissurum nõ ideo dicit facta cõfessio furti,ita in casu nr̃o cõfesio istius huiusmodi est,q; accepit res existẽtes apud vxorẽ credens esse suas,vt necessitatibus suis subueniret,igit̃ p hoc nõ fuit habita confessio furti, quæ dolum & scientiam exposcit rei alienæ scilicet, & sic non constat ab eo furtum perpetratum, vel si constat,confessio nulla est quia per torturã non præcedentibus legittimis inditiis,& quia non verificata, Plus dico q; licet cessarent rationes prædictæ non tamen potuit ille suspendi laqueo alia ratione, quæ ipsa si sola & vnica in casu nostro esset plusquam nempe sufficeret,nam dicitur q; isti panni,qui furtiui asseruuntur,fuerunt per mercatorem quendam dati vt lauentur vxori
15 istius rei suspensi. Quapropter licet dici posset de furto constare illud non diceretur factum mercatori domino,sed ipsi vxori,quæ artem fulonicam in eis exercebat tex.est ad literam.in.l.itaq; fulo.ff.de fur.& melior.in.§.item si fulo. instit. de obliga. quæ ex delic. nascuntur.qua in re consequens erit dicere si quod furtum in his rebus admissum esse velimus vt illud domesticum fuisse assentiamus, Quia factũ fuit vxori per maritum non autem domino,idcirco non potuit ipse maritus occidi absq; cõ
16 sensu vxoris suæ,vt expresse dictat istius ciuitatis statutum. Neq; excusabitur iudex quamuis statutum ignorasse alleget,quia cum iurat statuta seruare & illa ei traduntur vt ipsa videat non potest excusari ratione ignorantiæ,præsumitur enim scire ra
17 tione iuramenti iuxta notata in.l.sciendum.ff.de verb.oblig. Item quis scire præsumitur ea,quæ continentur in scriptura pœnes se reperta,vt notat Guido Pape in singulari. 950. incipiente quis præsumitur &c. Vbi allegat.l.inter cartulas.C.de fi. instru.& iur.Hastæ.fiscalis.lib.x.Idem censuit Paul.Castr.in.l.non est ferendus. ff. de transactio.& Bal.in auct.atqui semel. C.de proba. col.fina. versic. adde tamen &c. Imol.in.l.legata inutiliter.versic.extra glosam.&c.ff.de lega.i. Præterea quando damnauit istum iudex ad mortem,aut vult dicere se fecisse secundum ius commune, & non potest quia ex furto non imponit mortis pœnam ius commune,sed tantum latroni famoso, Aut pro se vult allegare iudex se ad furcam reum damnasse iure isto municipali id permittente & tunc opportet vt illud quoq; viderit prohibens furem

domesticũ

domesticũ puniri personaliter sine consensu eius, qui furtũ passus est. Continetur etenim in eodẽ capite statuti & eadem oratione iuxta l. non est ferendus. ff. de transac. vbi Paul. Castren. ad notat & Imol. in. d. l. legata inutiliter. versicu. extra glosam. &c. ff. de lega. i. & ex his colibuit nobis dicere hunc iudicem iniq; petulanter, & fœdissime, ab huiusmodi graui quærela aduersus eum mora se se absolui petere.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Tacens, etiam liberationis fauore, pro consentiente non habetur. & nu. 5.
2 Pupillo magis fauemus q̃ liberationi debitoris non priuilegiati.
3 Taciturnitas non potest pro consensu haberi, qñ propter reuerentiam personæ nihil fuit dictũ.
4 Solutio dotis facta patri vel filiæ altero ex his tacente quando soluentem liberet.
5 Taciturnitas, liberationis fauore quando pro consensu habeatur.

Respon. XXVIII.

Redemptoris nostri humiliter Implorato suffragio.



Ouetur dubium vtrum liberationis fauore tacens pro cõsentiente habeat.
1 Et nobis placuit pro consentiente non haberi, si quidẽ perlegatur materia l. quæ dotis. ff. solut. matr. & materia. c. nonne. de præsump. nihil ibi inuenietur quod probet contrarium, quinimmo plurima ibidem comperi, quæ prorsus hoc negarunt, ibi Ias. in lectura noua. col. xiiii. versic. vltra. Bar. decidimus casum &c. ait libertatis fauore esse speciale vt tacens annuere videat per. l. i. C. de remis. pig. secus igitur in liberatione non à seruitute, sed à debito personali. l. ius singulare. ff. de legi. præterea Bar. in. d. l. quæ dotis. col. fina. versi. in tertio casu &c. Inquit si actus respicit præiudicium circa ius personale, tunc taciturnitas non nocet per. l. filius §. inuitus. ff. de procura. nec distinguit an illud præiudicium circa ius personale esset in eo contrahendo, an vero in eo remittendo per liberationem, indistincte ergo intelligi debet maxime quia tex. in. d. §. qui inuitus per eum allegatus etiam probat sic indistincte quoniam loquitur de procuratore qui ita poterat esse datus ad actum liberationis sicut ad actum obligationis & tamẽ indistincte dicitur q̃ tacens non videtur cõsentire constitutioni procuratoris. Item facit licet. Bar. inibi dicat fauore pupilli tacẽs pro consenciente habetur, tamen Alex. eo in loco id reprobat & æque Flin. in. d. c. non ne. col. tertia. in. i. Falentia. ii. Regulæ. Et ita communiter teneri scio. si igitur regula negatiua etiam in pupillo locum habet quãto magis vendicabit locum in actu
2 liberatorio personę non priuilegiatę. Quandoquidem pupillo magis faueamus q̃ liberationi personę non priuilegiatę. insti. qui. alien. licet vel non. §. ideoq; si debitor. Item facit qa Fil. in. d. c. nõne. de præsump. col. ii. ver. ii. regula &c. & col. iii. versic. tertia regula &c. constituit duas regulas, alteram q̃ vbi agitur de personali obligatiõe tacens non videtur consentire, alteram q̃ etiam si non agatur de obligatione personali sed de alio præiudicio tacens nõ cõtumaciter videt minime consentire, aitq; secundam hanc regulam procedere etiam vbi quis poterat contradicere ideo pater hanc secundam regulam procedere in iure personali quia in iure reali vera non esset si ta-

cens potuisset contradicere vt notat Bar.in.d.l.quæ dotis.versic.ii.casu &c. & sic de necessitate loquitur in iure personali liberatorio quia de obligatorio locutus fuerat
3 in præcedenti regula. ● Facit etiam quoniam Filinus in.d.c.non ne. in fine inquit etiam in casibus in quibus taciturnitas deberet haberi pro consensu veruntamen fallit vbi tacuit quis ob reuerentiam personæ prout fuit in casu nostro,quia tacuerunt isti ob reuerentiam & metum Reuereñ.Dñi Vicelegati,qui erat vir acer incutiēs ne dum minas,sed pœnas plerunq; renitentibus eius voluntati inferebat & faciunt ea quæ habentur in.l.de pupillo § siquis ipsi prætori.ff.de no.ope.nun. Item vltra præ
4 dicta quæ habentur in.d.l.quæ dotis.&.c.nonne. ● Addo pro.d.conclusione facere quod notat glo.in.l.si cum dotem.§ i.in glo.i.ff.solu.mat.quam sequitur Bar.ibi in.i.oppositione & cæteri doctores sequūtur & Bar.in.l.non solum.ff.eo.tit. Bar.& alii in.l.ii.§.voluntatem.eo.tit.maxime Ias.ibi in versiculo quinto principaliter nota &c.quia omnes sic concludunt,finge ꝙ pater & filia habeant de dote actionem communem vtrum solutio facta vni alio tacente & non contradicente liberet soluētem Respondetur secundum præfatos doctores ꝙ aut solutio fit patri tacente filia & soluens liberatur.d.§ voluntatem.aut fit solutio filiæ tacente patre,& non sequitur liberatio secundum glo.communiter receptam in.d.l.si cum dotem § i.ff.solu.matr. ratio differentiæ illa est secundum.Bar.& Ias.quia vt possit solui dos filiæ consensus patris requiritur ideo eius taciturnitas non sufficit, sed vt possit solui patri sufficit si filia nō cōtradicat,nec causam cōtradicēdi habeat.l.dotem. eo.tit.qđ pōt cōfirmari qm̄ videmus si furiosa sit filia recte p̄ri soli soluit.d.§.voluntatē.hoc ideo enim est in §. voluntatē.quia non requirit̄ ꝓprie consensus filiæ sed non contraditio sufficit,nam si proprie assensus filiæ requireretur non posset solui patri filia furente,furiosus enim con
5 sentire non dicitur vbi consensus desideratur.l.qui ad certum.ff.loca. ● Igitur patet ꝙ taciturnitas liberationis fauore non sufficit nisi quando iura expresse iubent sufficere ꝙ non contradicatur,vel ꝙ sufficiat tacentem furere,& in casu nostro nulla lex dicit sufficere,vt creditor non contradicat vel ꝙ sit furiosus quinimmo manifeste contrarium patet si creditor fureret non liberaretur debitor propter taciturnitatem furentis creditoris,sola Itaq; taciturnitas istorum assessorum creditorum non liberauit.D.Vicelegatum à salariis, quæ eis debuerat.

Laus Deo omnipotenti.
Finis.

1 Qualitas deducta in iudicio,quæ magnum & perpetuum præiudicium infertat aduersario debet plene non vero semiplene probari.
2 Exercens negociationem creditur in dubio suo noīe proprio,& non iure societatis negociari.
3 Societas neq; semiplene per vnum testem probatur.
4 Societas non ideo probatur,quia vnus cum pecuniis alterius negociationem exercuerit.
5 Societas per verba enunciatiua societatis in libris mercatorum scripta minime probatur.
6 Societas non ideo probatur,quia tertius quidam mercator in suis libris scribat illos esse socios
7 Verba seu scriptura inter alias personas facta non probant, præsertim si de eo dicta sint, quod non interuenit tempore scripturæ.
8 Statutum vnum declarat aliud.

Respon.

Respon. XXIX.
Redemptoris nostri humiliter Implorato suffragio.


Vo (vt dicitur) Cornelius scilicet & Albertus socii fuerunt quo tempore Albertus debita multa contraxit eiusdemq; creditores d. functo Alberto aduersus Cornelium agere an possint quęritur, Secũdum ea quæ proponũtur Respondi quod isti creditores eam societatis qualitatem inter Albertum & Cornelium fuisse allegant, sine qua non admitterentur agentes creditores contra alterum ex sociis pro debito alterius. Quam debent omnino probare alioquin absolutoria ferretur sententia. Bal. in. l. i. in. vi. q. C. de cõdi. inde. & in. l. i. post princ. C. vt in pos. lega. no-
1 tat in. l. ii. ff. ui. bo. rap. & in. l. q habebat. ff. de here. institu. Alex. cõsil. clxxi. lib. ii. ✱ Et quia talis est ipsa qualitas ex qua sequitur non præiudicium leue, sed magnũ, nec tẽporale, sed perpetuum ipsi Cornelio videlicet, q teneatur vt socius pro debitis Alberti, quæ multa & maxima quidem sunt, idcirco non sufficit qualis qualis probatio, nec semiplena, sed plena atq; sufficiens isto casu probatio desideratur Bal. in. l. eam quam. C. de fideicõmis. versi. sed nunquid sufficit probare &c. quod verum magis ar-
2 bitror cum sit in contrarium iuris præsumptio. ✱ Existimat enim lex q Albertus negociationem suam suo ꝓprio noĩe non aũt iure alicuius societatis, vel cõionis exercuerit. l. titium & meuiũ §. ꝑfectus. ff. de admini. tut. vbi Bar. notat, Alex. consil. cxxxii. col. iii. versi. tñ ꝑmissis &c. lib. v. vbi ẽt allegat ad hoc multa qd facilius isto casu ꝓcedere reor, qm libri negociationis præscripti, seu in titulati sunt sub noĩe Alberti non aũt Cornelii, ideoq; manifeste apparet noluisse Albertũ sub noĩe Cornelii negociari, vt in simili. inquit Alex. in. d. consil. cxxxii. col. iii. versicu ꝑ erea &c. Idq; manifestius fit, quia idem Albertus noĩauit alium sociũ in. d. negociatione, & sub eius quoq; noĩe præscriptionem, seu titulum libris negociationis imposuit. Quare idẽ & de Cornelio fecisset si & ipse fuisset consocius, vt in dicto consil. cxxxii. in simili. Alex. Putauit, tanto itaq; maior contra istum Cornelium requiritur probatio, vt hanc iuris præsumptionem elidat, & Cornelium conuincat, at equidem video non esse dictam qualitatem societatis probatam, vt oportet ergo absoluendus est hic Cornelius.

Quod aũt ꝓbata non sit, d. societas patet licet aduersarii asserant ipsum Cornelium cõfessum fuisse se socium dicti Alberti non tamen hoc legitimis probationibus osten-
3 dunt. ✱ Vel si vnum testem induxerint qui id perhiberet. s. Cornelium fuisse cõfessum absente parte se socium non ideo societas plene, aut semiplene, neq; de ea indicium aliquod fuisset probatum, vt Alex. expresse Respondit in dicto consil. cxxxii. col. penult. versic. præterea deponit &c. vbi allegat quæ notantur in. l. fina. ff. de interroga. actio. iunctis notatis per glo. Bar. Bal. in. l. fin. in fin. C. fami. hercis. per Angel. in. l. fin. in prin. ff. q me. ca. Imol. in. c. sicut. el. i. de simo. Quinimmo id testes si duo attestarentur, nonnulli magnæ auctoritatis viri subtiliter tenuerũt indiciũ duntaxat nõ ẽt semiplenam probationẽ eo casu fieri Saly. & Rom. in. l. admonendi. ff. de iureiuran. Saly. in. l. in bonæ fidei. C. de re. cre. cui opinioni adstipulatur. Alexand. consil. clii. col. penult. versic. Non obstat &c. lib. v. non opus est tamẽ in hoc insistere, quia nulli fuerunt examinati testes ergo &c. Pars etiam aduersa asseuerare videtur Cornelium

collegisse multa bona dicti Alberti,sed hoc nihil pfecto pbat de societate,Potuit id quidē & recte aliis ex causis fieri,aut qa ipse Cornelius est eius creditor vel etiam ob amicitiam,& affinitatem,quare non probat hoc esse,quod ab hoc contingit abesse .l.neq; natales.C.de proba.l.non hoc.C.vnde legi.alioquin sequeretur ꝙ omnes negociorum gestores tenerentur non ex titulo de negoc. gest. sed ex titulo pro socio, quod quantum sit falsum qui non videat est nemo.

4 ¶ Non probatur etiam.d.societas ex libris Alberti qui scripsit Cornelium creditorem suum in certa quantitate pro suo capitali,quoniam ista verba non arguunt societatem aliquam nisi constaret ꝙ Albertus negociatus fuisset cum pecuniis Cornelii, & nomine eiusdem Cornelii,aut societatis cum eodem contractæ,alioquin ex.d. verbis,& scriptura non probatur nec præsumitur societas,sed præsumitur,vt ipsa pecunia etiam sub nomine capitalis descripta relicta fuerit per.d.Cornelium apud Albertum non iure quidem societatis, nec animo communicandi lucra, & damna,ex quo fieri non fecit societatis mentionem in titulo,& præscriptione librorum, vt fieri consuetum est,sed præsumitur ꝙ reliquerit eam spe,& fiducia, vt si contingeret Albertum mercem exercere ,atq; inde lucrari cum pecuniis ipsius Cornelii remuneraret ipsum Cornelium modo aliquo,ita inquit Bal.in.l.i.in.q.x.C.pro socio. & prout mercatores pleriq; faciunt Alex. in terminis in.d. consil.cxxxii. col.iii.&.iiii. versic. nam primo non suffragatur &c.cum sequentibus,& col.vii.versic. non obstat etiam dum tertio principaliter &c.& col.penul.in fi.versic.non obstat dum quinto principaliter dicebatur &c.& in versic.insuper respondeo &c. vbi omnia prædicta in terminis dicit ac late probat.

5 ¶ Vbi etiam addit ꝙ & si fuisset enuntiata qualitas societatis puta faciendo Cornelium creditorem illarum pecuniarum pro sua parte capitalis societatis contractæ cum eo in illa negociatione,tamen ipsa scriptura non probaret vbi principaliter dubitaretur de societate,sed tantum confert ad validitatem debiti de quo principaliter agitur,quod alias non haberet effectum nisi cōstaret de causa ipsius debiti allegat tex.in.c.illud.de præsump.& Antonium de Butr.ibi in.iiii. notabili & eundem Antonium in.c.fina.col.ante penul.de successio.ab intesta.& Bal.in .l.ad probationem.C.loca.col.ii.versicu. Quæro si instrumentum dicit &c.nec aliter intelligi oportere.l.optimam.C.de contrahen.& comit.stipu.putat. Et tanto facilius hoc ibi procedere inquit,si non fuit expressum in qua negociatione,nec vsq; ad quā quantitatem conuentio inter eos facta,sit hoc tamen vltimum non est in casu nostro necessarium,quia libri istius de societate nihil referunt.

6 ¶ Non etiam probatur Cornelius socius esse, ꝙ in libro cuiusdam mercatoris scriptum inueniatur Albertus debitor certæ quantitatis, & Cornelius socius pro eo fideiussit,illa enim verba enunciatiua sunt,& incidenter prolata merito non probant vbi

7 principaliter societatis quæstio agitur iuxt.notata p Alex.dicto cōsil.cxxxii. ¶ Præsertim cum illa verba non sunt prolata inter easdem personas, sed diuersas, & de eo dicta sint quod non interuenit tempore scripturæ prædictæ, sed alio tempore id fuisse dicitur quo casu non probatur id de quo mentio fit ibi iux.notata late in.l.sciendum.ff.de verb.oblig.& in.c.sicut.de re.iudi. Præterea statuta mercatorum iubent nō adhiberi fidem eorum libris,nisi prius offerantur domino iudici & cōsulibus fori mercatorum

catorum, qui dederunt licentiam creandi debitores & creditores, igitur quando non
creant debitores, vel creditores, sed aliud scribunt, vtputa aliquos esse socios, vel hu-
iusmodi non debet eis credi maxime quia in probando societatem ipsa statuta dant
specialem formam scilicet q; id scribatur in titullo librorum & subscribant se so-
cii nominati, Quapropter ostenditur manifeste noluisse statuentes credi libris nisi
in creandis debitoribus, & creditoribus non in aliis puta in probanda societate nisi
8 partes se subscribant. ¶ Nam vnum statutum aliud declarat, vt notum est, & no-
tat Bar. in l. prætor. la. ii § erit. ff. ui. bo. rap. circa fi. versi. & per hoc Oldra. &c. ibi no
tant moderni in appostillis & Flori. in l. quemadmodum § hęc verba. ff. ad. l. Acql.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Alternatiua dictio debet poni inter æqualia.
2 Statutũ Anconæ sub Rubrica de succes. ab intesta. declaratur & quonã mõ sit intelligẽdũ.
3 Alternatiua licet in vno verificetur potest etiam in vtroq; verificari si vtrunq; extat.
4 Statuto in Hispania dictante vt prior genitus succedat exclusis cæteris simili modo filiis prio-
rus geniti succedent exclusis patruis.

Respon. XXX.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



IN Ciuitate Anchona exstat statutum sub rubrica de successioni. ab intesta. &c. q; si aliqua persona decesserit ab intestato sine filio, vel filiis nepote, vel nepotibus nato ex filio, vel filiis masculis superuiuentibus patre, vel fratre siue fratribus, vel sororibus vtrinq; coniunctis, vel ex latere patris tantum, vel filiis fratrum, vel Auo paterno, in hæreditate ipsius defuncti pater, vel Auus paternus si patrem, vel Auum habuerit si vero non habuerit patrem vel Auum paternum tali ab intestato defuncto sine filiis, vel nepotibus natis ex filiis masculis succedat frater vel fratres vtrinq; coniuncti, vel ex latere patris tantum, quibus fratribus existentibus, sorores non succedant si dotatæ fuerint à patre, Auo, vel fratribus, vel filiis fratrum, si vero dotatę non fuerint à p̃dictis vel aliquo prædictorum eo casu consignetur dos secundum facultatem bonorum & amplius petere non possint in bonis talis defuncti ab intestato, salua semper matri defuncti si superuixerit legitima iure naturæ, prædictis autem fratribus, vel filiis fratrum non existentibus tunc succedant sorores prædictæ &c.

Hinc oritur quæstio ab intestato innocentio mortuo superstite fratre vtrinq; coniuncto & nepotibus ex alio fratre pręmortuo vtrinq; etiam coniuncto an hic frater superstes ex altero fratre præmortuo filios excludat ipseq; solus vti proximior ad hæc bona intestati fratris admittatur. Siquidem ius commune introspexerimus absq; dubio, & frater & filii prædefuncti fratris ad hæreditatẽ huiusmodi in stirpes vocãtur. auct. cessante. C. de legit. hære § reliquũ. in auct. de hæredi. ab intesta. veni § i. in auc. vt frat. fi. notat. Alex. consil. lxxxviii. lib. i. in princi. & in consil. xxvi. versic. pro doi

mino Thomarotio &c.& in versic. pro hoc etiam facit &c.& in versicul.non obstat id quod habetur &c. lib.iii. quæ dispositio iuris communis in casu isto videtur primore aspectu sibi locum vendicare non obstante dicto statuto,licet enim statutum nil de nepotibus admittendis ad successionem dicat sed tantum de fratribus non ideo videtur à contrario argumentum summi posse,vt scilicet nepotes contra ius commune à statuto excludantur per ea quæ notantur.in .l.i.versic. huius rei fortissimum est argumentum.ff.de offi.eius. immo videtur cum de nepotibus statutum non loquitur dispositioni iuris communis iste casus relictus.l.commodissime. ff.de lib.& posthu.l.si extraneus.ff.de condit.ob cau. quæ sententia argumento huiusmodi iuuatur,non fit de nepotibus ex fratre in statuto mẽtio dispositiue scilicet sed conditioaliter duntaxat sit per alternatiuam,vt patet in illis verbis si dotatæ fuerũt à patre,auo,vel fratribus,vel filiis fratrum,& ibi prædictis autem fratribus,vel filiis fra-

1 trum non existentibus &c. ❧ Sed de alternatiuæ dictionis natura est, vt ponatur inter æqualia.l.i.cum ibi notatis.ff. de reb. dub. ergo cum patruis equaliter succedere posse videntur.

Sed hæc cum minime isto casu procedere iure existimem contrarium in præsenti dicere libuit,vt virtute statuti frater tanquam pximior alterius fratris filios excludat,pro cuius rei declaratione pręmitto in eadem ciuitate Anchona duo esse alia statuta quę iubent causas decidi & terminari secundum normam statutorum, & vbi statutum non prouidet generaliter,vel expresse tunc decidantur per simile ipsorum statutoꝝ & vbi non adest similitudo tunc decidantur secundum ius commune cessante omni alia interpretatione & exteriore intellectu,ita patet in statuto posito sub rubr.lxxvii. &. lxxxvii. & sic apparet ꝙ simile statutorum dicti loci debet preferri non solum

2 omni argumentationi sed etiam expresse dispositioni iuris communis. ❧ Quibus præmissis redeo ad præfatum statutum loquens de successione ab intestato in quo vt supra apparet inter alia cauetur ꝙ licet de iure communi quando aliquis decessit superstite patre, & fratre succedant ei simul pater & frater superstites. auct. defuncto. C. ad tertul.& in auct. de hæredi. ab intesta §. consequens. §. sequenti. tamen secundum dictum statutum non admittuntur simul pater & frater. sed prius pater, vt in gradu proximior, Nec dicatur illud statutum hoc non dicere quia non loquitur quando supersunt pater & frater, simul sed loquitur alternatiue quando pater, vel frater superuixit quia alternatiua verificatur. In vno. l. si hæredi plures. ff. de condit.institu. Quia dico ꝙ immo etiam loquitur vtroq; superstite

3 scilicet patre, & fratre. ❧ Licet nanq; verificetur alternatiua in vno si tamen vtrunq; extat verificatur & in vtroq;.l. generaliter in princip. C. de institu. & substitu. l. his qui in puteum. §. qui interdictum. ff. ꝙ ui aut clam. notat. Bar in.l. si is qui ducenta §. vtrum. ff. de re. dub. in. v. oppositione per.l. quintus.la i.ff. de Auro.& Argento. lega. & .l.i. ff. de sicca. & .l.i. ff. de parricid.& tanto magis hoc verum est & procedit quia prædicta alternatiua est posita inter personas honoratas,quo casu solet copulatiue stare. l. cum quidam.C.de verb. signifi. vt ibi notatur,ex dicto itaq; statuto clarissime liquet statuentes voluisse ꝙ in gradu proximiores succedant vlterioribus cæteris omnibus exclusis licet tales essent qui

sent, qui de iure communi pariter admittabantur, quamobrem per illud simile infertur necessario fratres defuncti cum sint proximiores excludere similiter debent alterius fratris filios tanquam remotiores, ex hoc patet Responsio ad rationem contrariam de casu obmisso quia verum est in dispositione iuris communis remanere vbi de eo nullo modo dispositum est, & in statuto isto disponitur super casibus obmissis, vt per simile statuti decidant potius quam per ius commune, & sic cum in hoc casu detur simile statuti ius commune quiescere debet, Ad argumentum superius factū de alternatiua dictione condictionali fratrum & filiorum fratrum patet etiam Responsio per quæ nuper adduximus, illa enim cōmemoratio alternatiuę cōdictionalis nō fit q ipsi fratres & filii fratrum sint æquales in succedendo, sed tantum in excludendo sorores, & scilicet etiam soli fratrum filii excludant sorores, non vt quidem succedant cum fratribus proximioribus in gradu, nam quo ad lineam masculinum gradū proximiorem statutum prætulit remotiore in gradu excluso etiam qui de iure communi cum fratribus pariter admittebatur neq; est necesse alternatiuam poni inter prorsus similia sed sufficit in aliquo simillitudinem habere de quo agitur, velud in excludendo sorores, sic patet ex notatis in. d. l. i. ff. de reb. dubiis. neq; curare debemus posse contingere vt patruus cum filiis decedat, vel de illis bonis testando alias personas instituere hæredes & sic filios ex alio fratre omnino excludi, quoniam staturum seu. l. vocans aliquem ratione proximioris gradus vel etiam quia primo fuit ge
4 nitus non curat de tali euentu nec habet ipsum pro absurdo. ❧ Merito dictante statuto vel consuetudine vt prior genitus succedat (vt in Hyspania prouincia mos est.) aliisq; in multis regionibus obseruatum scimus, non solum genitus ipse prior excludet fratres sed etiam filius prioris geniti fratrem patris sui quamuis proximiorē repellit secundum Oldra. consil. cccxxxiiii. incipi. istæ sunt allegationes &c. Abba. consil. lxxxv. incipi. in præsenti quæstione &c. lib. i. Nicol. de Vbal. de Perusio in tracta. de successionibus ab intestato. notat Filinus in. c. prudentiam. in princ. de off. delega. col. iii. versic. & ibi dicit q nepos &c. p hęc patet quomodo debeat intelligi statutum prædictum in præallegatis duobus locis in quibus de patruis & eorum filiis mentio fit, quoniam illa verba intelligi non debent vt sucedant simul & eodem tempore sed successiue ita q filii ex patruis veniant solum nō exstantibus ipsis patruis & hoc propter simile statuti præferentis primum gradum sequenti gradui, secundo etiam quia ius commune eos pariformiter vocat, nam vt supra apparet ipsum statutum vult simile statuti iuri communi anteponi, Per hęc summatim & breuiter frequēti lectionum vsu impeditus ero contentus, in fauorem dicti patrui excludentis iure isto municipali filios alterius fratris prædefuncti.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Homicida etiam simplex de iure ciuili potest in Ecclesia capi & ad mortem damnari.

2 Ecclesia non est tutissimum refugium vbi alias esset his, qui ad eam confugiunt si extra Ecclesiā milites curiæ cœperunt eos persequi postmodum in Ecclesia eosdem apprehenderunt.

3 Debitor pro debito ciuili non potest in domo capi, sed extra domum inuentus & domum confugiens tum recte nuncii curiæ illum persequentes inde extrahunt.

4 Initium rei alicuius quando est licitum, finis vero illicitus, debemus initium spectare non quidem finem. & nu. 6.
5 Statuto dictante q ingredientem fundum alterius impune dominus agri offendat, quid iuris si dominus in fundo aliquem inuenerit postea illum fugientem percutiat extra fundum.
6 Initium quando est licitum & finis ratione alieni & separati territorii est illicitus finem debemus inspicere.
7 Iudex Ecclesiasticus confugientem ad Ecclesiam capere non potest.
8 Confugientem ad Ecclesiam si est publicus insignisq latro aut agrorum depostulator, vel Ecclesiæ violator potest Iudex ecclesiasticus, necnon Iudex secularis in Ecclesia apprehendere.

Respon. XXXI.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



Omicida Banitus potuerit an capi a militibus curiæ apud fores Ecclesiæ maioris valde hæsitat, imprimis nō posse hunc homicidā capi tali in loco allegatur, quia Ecclesia tutissimum cuiq est refugium ideo regulariter nemo etiam pro delicto in Ecclesia, vel eius cimiterio capi pōt indeq ad carceres extrahi, nisi pro atrocissimis quibusdam facinoribus in iure nominatim & specialiter comprehensis sicut est violator ecclesię, latro publicus, depopulator agrorum, & similium scelerū obseruator. c. inter alia. c. finali. de immuni. eccle. text. est. in. l. ii. & in. l. pręsenti. C. de his. qui. ad eccle. confug. cum similibus.

1 Verum Enimvero arbitror potius hunc facinorosum homicidam recte & iure fuisse captum, & quanquam de iure canonico anceps incertūq sit an homicida simplex ad ecclesiam confugiens tutus an sit vt inde nequeat inuitus extrahi neq occidi p ea quę notantur in dicto. c. inter alia. de immu. eccle. de iure tamē ciuili clarum est q homicida etiā simplex potest inde extrahi & capitali pena puniri § neq. vbi glo. in auctē. de manda. princi. notant glo. Cin. & alii in. l. ii. C. de his. qui. ad eccle. confugi. Angel. Areti. in tractatu maleficiorum versiculo fama publica præcedente &c. & in versiculo. quarto quero &c. Lanfran. & Petrus de Anchar. prout referunt moderni. in. d. c. inter alia. sed per statuta huius ciuitatis cauetur vt procedatur in causis & ius ciuile seruetur non autem ius canonicum ergo &c.

2 Item hoc ratione fortiori demonstro. Iura, quæ prohibent delinquentes confugientes ad Ecclesiam non posse inde extrahi procedunt vbi aliquis non cœpit eos p sequi antequam essent in Ecclesia sed tantum postquam in Ecclesia fuerunt, vel in cimiterio secus vero quando aliquis cœpit persequi delinquētem extra Ecclesiam quia licet delinquens fugam arripuerit Ecclesiam versus & in ipsa Ecclesia, vel eius cimiterio fuerit apprehensus, tamē non gaudet aliqua immunitate magisquā si extra Ecclesiam fuisset captus, quod est omni iure verum vt tradit Dinus in auct. si quis ei. C. de adulte. Quem probat & refert. Alex. consil. xxiiii. col. viii. versiculo vltimo &c. lib. ii. facit qđ in simili voluit. Bal. in repetitione. l. cūctos populos. C. de summa Trinitate

3 & fide catolica. Et retulit idē Alex. in. d. cōsil. xxiiii. vbi inqt q licet qs p debito ciuili nō possit in domo capi. l. sed & si is. ff. de in ius. voc. tñ si reptus fuit p officiales extra domum,

4 tra domum & fugerit in domo poterit inde extrahi. Et confirmatur conclusio ista per regulam volentem q vbi initium est licitum,& finis illicitus spectatur initiũ non vero finis tex.est peregrinus. Quem Bar.& alii ad hoc põderant in.l.quod ait § quod
5 ait.ff.de adulte. Itaq; ibi Bar.infert stante statuto q ingredientem possessionem alienam possit offendere dominus in.d.possessiõe seu fundo,si dominus aggrediat introeuntem fundum suum & illum fugientem persequatur extra fundum, vel possessionem suam,ibiq; eum percutiat non debet de tali percussione, & offensa puniri, quoniam initium iustum spectari debuit,igitur in casu proposito hunc delinquentem cœperunt milites curiæ persequi in foro,& loco prophano,ad ecclesiamq; confugientem iuxta fores eiusdem ecclesiæ apprehenderunt ergo iuste in ecclesia, vel apud fores ecclesiæ captus fuit,cum locus persecutionis cœptæ non vero vbi deprehensus fuerit inspici debeat.
6 Non obstat prædictis si contra adducatur Bal.& Flo.in.l.sicuti §. Aristo.ff. si serui. vendice. quorum meminit Angel. Areti. in tractatu maleficiorũ in ver.fama publica præcedente &c. in versic.vi.quæritur &c. Qui omnes videntur ponere istam cõclusionem,quando initium est licitum finis vero illicitus ratione alieni,& separati territorii,tunc non attenditur principium licitum,sed finis illicitus obseruatur, Quoniam ipse Respondeo si fateamur etiam doctrinam illam veram esse nihil tamen huic cõtrariatur, Quia vt delinquens non possit capi in ecclesia hoc non est ratione alieni ter
7 ritorii,sed est propter merum fauorem,atq; immunitatem ecclesiæ. Iudex enim ecclesiasticus nec potest confugientem ad ecclesiam in ea capere secundum Abba. post alios in.d.c.inter alia.col.ui.&.iiii. versic.sed dubitat an iudex ecclesiasticus &c. de immu.eccle.quod profecto non esset si ratione alieni,aut separati territorii id acci
8 deret: Item patet quia delinquens in casibus in quibus potest capi in ecclesia sicut est quando publicus, & insignis est latro,vel agrorum depopulator,aut ecclesiæ violator,tunc nedum iudex ecclesiasticus,sed etiam laycus in ecclesia illum recte comprehendit per notata in.d.c.inter alia. & Cin.in.l.præsenti.C.de his qui. ad eccles. confugiunt.Bar.in.l.si cui.ff.de accusatio.his ideo obietiunculis diuersis quidem nõ obstantibus captura,& apprehensio recte facta immutabilis permanet.

Laus deo omnipotenti.

Finis.

1 Statutum an legitimã iure naturæ debitam auferre possit?& æquius probabiliusq; est nõ posse.
2 Opiniões & Canonistarum & Legistarum vbi contrariæ sunt, Canonistarum sententia vel equior præualet.
3 Decisio Rotæ maioris est auctoritatis in pratica q doctorum communis opinio contraria.
4 Statuentes non præsumuntur velle ea,quæ ipsis impossibilia sunt.
5 Statutum nunq in dubio legitimam adimere videri potest.
6 Fideicommissum quantumcunq; generale,seu vniuersale legitimam non continet.
7 Pactum si fiat de non succedendo in hæreditate,non dicitur quem excludere a legitima iure naturali sibi debita.
8 Statutum fœminas dotatas excludens nõ habet locum in dotatis aliunde vel ex propriis bonis.

Respon. XXXII.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



On parua apud doctores semper altercatio fuit vtrum statutum legitimam filiis,atq; parentibus iure naturæ debitam auferre posit,hincinde tot sunt quidem opiniones exortę vt penè vnaquæq; illarum pro communi,& ve
1 ra habita sit,uixq; facile discerni potest,quæ veritate magis nitatur. ✠ Aequior tamen notabilior,& præcipue tenenda altera opinio est,vt statutum legitimam tollere non posit prout tenuit Alex.post longissimam disputationem cōsil.cxxxiiii.lib.vi. & Soci.consil.xxx.in primo dubio.lib.i. vbi allegant & rationes,& auctoritates q̄plurimas idem tenet Ias.in.l.cum in prioribus.C.de inoffic. testa. Imol.in.l.titio centum § titio genero.ff. de codi. & demonstra. Barba. consil. xxiiii.lib.i. & idem post Abba. & Anto.de Butr.in.c.Raynutius.de testa.Cardi.Floren.consil.ii.& Cardi.Alexan.in.c. ius naturale.i.distinct.Franciscus Curti.consil.x.incipi.visa &c. Fulgo.cōsil. xcv. Fili.in.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de constitu.Paul.Castren.cōsil.cxxxi.lib.ii.qui omnes. addicunt hanc opinionem apud canonistas omnes esse communem,& inter legistas est communis omnium Vltramontanorum,& etiam approbatur à multis ci
2 tramontanis doctoribus de quibus supra. ✠ Vbi autem sunt duæ opiniones q̄uis magis stetur opinioni canonistarum q̄ legistatum tanq̄ magis æquæ,vt per Lanfran. in repetitione.c.quoniam cōtra.in verbo,testium,de probat.sed quid in casu nostro dicendum erit in quo contra communem canonistarum sententiam non est omnino legistarum communis opinio,quin potius Vltramontani legistæ omnes,& citra montani plures canonistis Iureconsultis concordes fiunt assentiunturq; eis, & hanc opinionem tenuit Rota decisione.cccclxxvi.sub titulo de consuetudine in antiquis,
3 & larius in decisione. xviii.in nouis incipiente fuit dubitatum. ✠ Sed vbi decisio Rotæ pro vna parte loquitur licet contraria pars communior per doctores habeatur maioris est auctoritatis in pratica illa,quam Rota probauit Imol.in.c.olim.de lit.cōtes. à fortiori igitur in casu nostro in quo opinio Rotæ canonistarum communē sententiam sequitur,& plurimorum legistarum hanc sententiam amplecti debebimus qua opinione retenta clarissima decisio quæstionis nostræ dabitur,vt statutum istud fœminas excludens non credatur eam à legitima iure naturæ debita repellere cum id statuto aliquo fieri nequeat.Soci.consil.cl.col.iiii. versic.aut statutum simpliciter &c.
4 lib.i. ✠ Adducit rationem ne videantur statuentes voluisse ea,quæ ipsis impossibilia forent quod non est dicendum Bal.in.l.fina § in computatione. C. de iur.delibe.
5 Admiserim etiam citra tamen veritatis præscriptionem. ✠ Statutum legitimam auferre posse si modo nominatim hoc ipsum iubeat non tamen in dubio & latenter eam adimere estimatur, vt notat Soci.consil.xxx. versic. circa tertiam &c.lib.i.Cor. consil.xiii.col.fi.& in consil.xxxvii.col.ii.& in consil.lxxxi.in fi. Alex. cōsil.vii.col.iii. versic.fortificantur &c.lib.ii.idem consil.lxxxviii.lib.vi.Ias. post Saly.in auc. nouissima.col.antepen.vsq; ad vltimam versic.postremo quæro &c.C. de inoffi.testa.Cor. consil.cexc.lib.iii. quæ sententia probatur per auc. si qua mulier.in fi.C.de sacrosanc.

eccle.

eccle. vbi liberi qui excluduntur à successione fauore monasterii non excluduntur à petitione legitimæ facit. auth. hoc amplius. C. de fideicommis. & l. quisquis.
6 C. ad. l. Iuliam. maiestatis. ❧ Vnde videmus fideicommissum quantumcunque generale, seu vniuersale non comprehendit legitimam. c. Raynaldus. c. Raynu-
7 tius de testamentis. ❧ Et pactum exclusiuum a successione non intelligitur excludere quem à legitima, nisi de ea expresse cautum sit. l. si quando § & generaliter. C. de inoffi. testa. idem igitur a fortiori in statuto Respondebimus, quia pactum est potentius, q̃ statutum ad priuandum quem legitima sua, vt ex illo patet textu, in quo per pactum specialiter potest legitima tolli, sed non est ita expeditũ in casu statuti, vt scilicet statutum etiam expresse legitimam hanc adimere possit, vt proxime ex sententia plurimorum doctorum retulimus, si pactum itaq; generale non est adeo potens, vt legitimam tollere possit valde minus, & statutum quod in hoc debiliores molioresq; vires habet, & hoc magis verum est in casu nostro in quo statutum non vult, vt mater à successione filii omnino excludatur, sed debeat ei in vsufructu succedere, & sic locum duntaxat habet vbi vsusfructus erat in bonis filii, ita q; ei poterat succedere in illo quod isto casu non est, in quo mater habet prius vsumfructum ex testamento te-
8 statoris non autem ex filii successione. ❧ Videmus nanq; in simili statutũ fœminas dotatas excludens non habet locum in dotatis aliunde, vel ex propriis facultatibus secundum Bal. in. l. neq; mater. C. de iure. dot. in lectura noua. Corn. consil. clxxi. incipi. licet &c. col. ii. in fin. lib. iiii. & sic clarissime patet isto casu a legitima non excludi matrem.

Laus deo omnipotenti.

Finis.

1 Verba Chirographi, vt debitor soluat creditori, aut venienti cum Chirographo a vi sua &c. quonam pacto sint intelligenda.
2 Dictio, a, & inclusionem & nonnunq̃ separationem denotat.
3 Peritis in arte credimus & eorum declarationi stamus.
4 Verba contractus quotiens dupliciter possunt intelligi, interpretantur magis secundum illum sensum, qui in loco est frequentior.
5 Argumentum, a, contrario sensu non sumimus quando in casu contrario eadem vel maior est ratio.
6 Creditor, qui alicui dat Chirographum simpliciter, dicitur actionem & iura omnia Chirographi competentia illi mandasse.

Respon. XXXIII.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



Vincentio mercatori cum mutuaret Ioannes Aureos ducẽtos chirographum manu Vincentii vulgari sermone cõscriptum fuit in quo se debitorem Ioannis fatetur in scutis ducentis Aureis verba deniq; subiiciẽs huiusmodi, e prometto de rendere e pagare li dinari predetti à Ioanne bando p̃detto, o à quelli che veniranno da forza sua cõ q̃sto scritto &c.

quæ verba vulgaria non alias recte interpretabimur ni latino sermone ea verta mus secundum communem scriptorum sententiam ad quod et facit quod habetur in.l.i §.fi.ff.de verb. obliga.cum similibus, quæ verba sic a nobis versa sunt,& reddere & soluere prædictas pecunias Ioanni creditori spondeo, vel illis,qui a vi & causa sua cum hoc chirographo venient &c.

Anceps modo ex antelatis suggeritur quæstio an tetius quidam præmanibus chirographum hoc habens quantitatem debitam recte petat quis nō doceat se ius aut causam à dicto Ioanne principali creditore habere,clarum quippe est si id probaret eum recte acturum,& quis etiam id minime ostendat arbitror tamen ex sola chirographi oblatione hunc tertium audiri debere,& iuste hanc summam à Vincentio debitore exigere,verba nanq; illa,ui sua &c. tertiam personam referunt,& hic sunt duæ tertiæ personæ videlicet creditor principalis, & ille qui venit cum chirographo, Unde illa verba debent ad vtranq; referri.l.Lucius.la.ii § fina.cum glo.ff.de lega.ii.Nec obstat si dicatur verbum illud, vi sua &c. referri non posse ad eum qui cum scripto venit sine mādato & cessione creditoris,quia immo cum iudicium reddatur in inuitum.l. inter stipulantem § si stichum.ff.de verb.oblig.& quilibet conueniens aliquem cogit eum vi iuris subire iudicium,& si facit nomine alieno est vis aliena, si suo est vis sua.

1 ❧ Preterea ponendo in conditione ei qui veniet cum chirographo vi sua &c. Disponit vt possit habere vim ad hoc,quia immo etiam si verba scripti loquerentur strictius videlicet ꝙ promittit soluere ipsi creditori, vel venienti cum chirographo à vi

2 ipsius creditoris tamen puto idem. ❧ Quoniam illa dictio,à,non solum potest inclusionem significare prout denotat.l.a Caligato.C.de nupt. sed etiam separationē & exclusionem,vt in.l.datio § fina.ff.de actio.emp.vbi illa verba Abrundusio &c.intelliguntur,idest separatim,& aliunde A brundusio,& ita intelligitur in.l.i §.in nouissimo.C.de cadu.tollen.in verbo à morte defuncti,quod intelligitur,idest post mortem defuncti,ita vt mors separetur excludaturq; quia tempore mortis non cedit ad huc dies legati,vel fideicommissi,& ꝙ illa verba à morte defuncti &c. separent atq; excludant mortem declarat Corn.in auc.contra rogatus. C.ad trebell. hoc modo et intelligitur in.l.a ratem.ff.de censi.vti notāt.Cin.Bal.& Saly.in.d.l.à Caligato. C. de nup.prædicta itaq; verba significare poterunt,ꝙ promittit debitor soluere venienti cum scripto,vel iuncta vi ipsius Ioannis creditoris,vel etiam ea exclusa,& separata, vt sit sensus istius scripturæ,ꝙ venienti cūm chirographo promittitur debitæ pecuniæ solutio etiam si aliter non constet,ꝙ principalis creditor, vel dederit, vel mandauerit ei vim,& ius suum,talis enim venire dicitur à vi eius,idest post eius vim licet separatam,& exclusam,vt patet in.d § in nouissimo. & sensus iste ad chirographum iudicio meo est accipiendus,quoniam videmus alium mercatorem quendam alias quasdam pecunias mutuasse sub cautione illius chirographi isti qui nūc illud ædit, & agit licet aliter non constaret de vi & potestate per creditorem primum Ioannem cōcessa, Unde ex dicta coniectura sic est intelligendum, atq; interpretandum chirographum,non enim verisimile videtur secundum creditorem pecunias sub pignore istius chirographi huic tertio mutuasse si necesse fuisset de vi concessa per creditorē

3 principalem apparere debere. ❧ Igitur illius mercatoris interpretationi stabimus

qui est

qui est peritus verborum & scripturæ, quæ inter mercatores sic haberi solent iuxta nota.in.l.i.§.fi.ff. de verb. oblig. nam ad cognoscendum vtrum dictio, a, sit et exclusiue nec ne inspicimus primo quid ex coniecturis verisimilius sit ut notat. Cin. in dicta.l.a Caligato. Nó obstat q hic secundus creditor mutuans asseueret se Ideo mutuasse quia debitor prior qui chirographum scripserat suasoria quædam verba ei dederat quoniam hoc non apparet & minime verisimile esse dicimus quia hic secundo mutuans de talibus verbis in libris suarum rationum non contulit, vt merca tores alii mutuantes consueuerunt, & quoniam verba scribentis chirographum quicquam operari non poterant si primi creditoris vis atq; potestas requirebatur.

4 ❧ Preterea regula est communis vbi verba contractus possunt dupliciter interpretari sensus ille capitur qui frequentatur magis, l. certi conditione. §. fina. ff. si certi peta. vbi Areti. & Soc. notant, sed cellebratur vtrq; magis in hac ciuitate, vt in chirographis promittatur debiti solutio creditori principali, vel offerēti scriptum absq; eo q constet de ui concessa ipsi offerenti per creditorem principalem, merito sic intelligi debet, Non obstat si diceretur secundum hunc intellectum sequeretur absurdum, a contrario sensu, quandoquidem venienti cum scripto & cum ui principalis creditoris non deberet solui cum non debeat summi tale argumentum a sensu contrario vbi absurdum sequitur sed potius intelligendum multo magis in illo casu idem esse. l. conuenticulam. vbi notatur. C. de epis. & cler. l. ii. C. de condi. insert.

5 ❧ Quare dicimus quando in casu contrario est eadem, vel maior ratio tunc non sumitur argumentum a contrario sensu. Bal. in. l. apud antiquos. C. de fur. per. l. si extraneus. ff. de con. ob cau. stantibus ergo. d. coniecturis debet sic intelligi id chirographum quia in hac materia coniecturæ ipsæ primum locum obtinet, ita vt præferant rationibus odii, vel fauoris vt declarat. Cin. in. d. l. a Caligato. C. de nupt. Ex prædictis itaq; infero q habens chirographum possit. d. pecunias exigere etiam si

6 non probet se habuisse tale chirographum a principali creditore. ❧ Valde ergo magis potest eas exigere si probetur q habuit chirographum, a principali creditore, sic enim ei actionem mandasse videtur, & iura quæ sibi competebant. l. mœuia. & ibi notatur. ff. solu. matr. notat Roma. consil. cccccxxxvi. col. ii. versic. quo ad secundum &c.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Quod dicitur prætextu enormis læsionis non posse quem aduersus contractum propter iuramenti vinculum niti, quomodo sit intelligendum.

2 Absolutio a iuramento concedi debet quando pars aduersa in præstatione iuramenti dolo versata est.

3 Decipiens aliquem vltra dimidiam bonorum super quibus contractus habetur, in dolo præsumpto esse dicitur.

4 Iuramentum facit scientiam præsumi in eo, qui iurat, & de qua scientia intelligatur. nu. 5.

5 Iuramentum facit præsumi scientiam iuris in eo, qui iurat, non autem scientiam facti.

6 Absolutio a' iuramento debet concedi etiam propter minimam læsionem, si modo aduersarii dolo iuratum fuerit.

7 Clausula in contractu renunciationis apposita. Renunciauit etiam respectu enormis & enormissimæ læsionis &c. non censetur apposita animo donandi, & quid operetur.

Respon. XXXIIII.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



Enuntiatio iuramento firmata etiam prætextu enormis lesionis transcenden tis dimidiam iusti pretii per. M. D. Leonoram non posse reuocari ratione defendi posse videtur vt inquiunt doctores communiter post glo. in. l. ii. C. de resciden. vendit. Bar. in. l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. quibus in locis tra ditur aduersus iusiurandum sub colore immoderatæ læsionis venire non licet, Con/ trarium attamen certius atq; indubitatius præsenti Responso nos asseuerare & sequi
1 argumentis pluribus cordi est. ● Præmitto quidem incontrarium allegata dunta xat procedere vbi quis vult infringere. d. Renuntiationem priusquam à deiurio præstito sit absolutus, tunc sanè ascentiunt omnes prohiberi id & recte quidem, vt in dictis locis, quod sic profecto Agere Domina Leonora minime cœpit sed abso/ lutionem à iuramento huiusmodi præstito concedi sibi in primis desiderat.
2 ● Quæ absolutio facile datur quando pars ad cuius fauorem iusiurandum adhi/ bitum fuit in dolo versatur. Tex. est. in. c. quamuis. de pact. lib. vi. notatur in. c. debi tores. de iureiur. & plenius in. c. cum contingat. eo. tit. Abba. in. c. si quis contra.
3 in primo notabili. de fo. compe. ● Sed sic est quando quis alium decipit vltra dimidiam bonorum super quibus contractus habetur ipse in dolo præsumpto est. iuxta ea quæ habentur. in. l. omnes. § lucius. ff. quæ in frau. cre. & in. l. qui testamē to. ff. de proba. & quamprimum certior factus est de tanta læsione in dolo vero esse videtur cum intelligat se aduersus imperatorum Sancita facere de quibus in di cta. l. ii. C. de rescinden. venditio. nimirum si huic læsæ iuramenti absolutionem concedendam dicimus, sic decidit. Anto. de butr. in. c. cum contingat. de iureiur. Quem Abbas sequitur ibi col. xxi. & xxii. versic. nouus casus &c. quod etiam mo/ dernis inibi in apostillis suis placuit. Roma. quoq; Respondit consil. liiii. incipi. visis &c. & consil. lxxxx. incipi. viso temate &c. Alexan. in. l. stipulatio hoc mo/ do. ff. de verb. obliga. vbi inquit hanc esse communem opinionem quem & ipse Vberius probat. consil. lxxxix. incipi. viso puncto &c. col. iii. lib. ii. Paul. Ca/ stren. consil. cclix. versic. circa quartum &c. lib. ii. Abbas. in. c. cum causa. de emp. & vendit. Corn. consil. cclviii. incip. quanquam. col. v. &. vi. lib. iiii. Fe/ linus. in. c. in præsentia. col. iiii. &. v. de proba. vbi ait id ita communiter ꝑ vero habitum esse.
4 ● Neq; huic sententiæ contrarium illud esse puto, quod ratione iuramenti ista Domina Leonora de ui & extimatione prædictorum bonorum amplissime certio rata videtur, vt in simili, Velleiano Senatusconsulto iureiurando præstito mulier re/ nuntiasse intelligitur, ac Senatusconsulti beneficium propter huiusmodi præstitum iuramentum non ignorasse videtur iuxta ea quæ habentur in. l. Sciendum. ff. de verbo. obliga. itaq; scienti illatus esse dolus non creditur. c. scienti. de regu. iur.
5 lib. vi. ● Respondeo illud forsitan locum habere quo ad præsumendam scien/ tiam iuris idest Senatusconsulti Velleiani, quæ scientia facilius præsumitur, at in his

quæ sunt

quæ sunt facti, vtputa ꝙ ego præsumar scire, quid, quantum, & quale sit patrimoniū defuncti, cuius tamen hæres ratione sola iuramenti minus scire dicor, aut præsumor, dissimilia hæc planè inter se visa sunt, vt præsumatur alieni facti scientia, & præsumatur in iure scientia, quæ facilius præsumitur, non sic de scientia facti alieni Respōdemus, quinimmo ratione præstiti iuramenti in facto proprio nihilomagis sciētia præsumitur propter enormem læsionem ne quispiam enormiter læsus donasse, aut iactasse suum dicatur contra Regulam. l. cum de indebito. ff. de proba. & Abb. in. d. c. cum causa. de emp. & vend. quæ ita præcipue locum obtinent in minoribus, rusticis, & mulieribus in quibus vbi de damno vitando agitur facilius ignorantia præsumitur Bal. in dicta. l. ii. in. q. iiii. v. & viii. C. de rescin. vendit. Idem in. l. iii. C. de decu. lib. x. & aliter si diceremus probandum postea esse Regulam illam esse falsam, vt iuramentum non trahatur ad ea, quæ quis non cogitauit, sed ignorauit vere vel præsumptiue. l. fi. C. de nō nu. pec. c. quēadmodū. c. veniens. de iuretur. Itaq; cōcludo & si dici possit iuramentum certioratione Senatusconsulti in muliere operari illud tamen pcedit in his, quæ iuris sunt, vel etiam facti proprii ratione tunc præstiti iuramenti cessaret ignorantiæ præsumptio alioquin in facto alieno, vt in casu nostro propter iusiurandum non præsumitur scientia per superius dicta.

Prædicta procedunt quanuis. M. D. Leonora quicquā aliud de dolo aduersæ partis non doceret per prædicta, fortius ergo, atque indubitatius hoc erit si probaret aduersarium suum ei dixisse suasisseq; calida asseueratione (vt fecit) ꝙ alia bona non essent in dicta hæreditate, quia tunc constaret de dolo iuxta tradita in. l. eleganter. in prin. ff. de dolo. eo casu sine contradictione aliqua à iuramento absoluenda foret domina Leonora, à quo postmodum absoluta rescindere dictam transactionem poterit. Et per consequens dicemus ad eam vti proximiorem defuncti filii sui hæreditatem pertinere tam iure communi ex Senatusconsulto orficiano q̄ etiam vigore statuti huius loci, Statutum nāq; illud propter agnatas fœminas matrem non excludit, sed duntaxat propter masculos qui masculi non adsunt, ideo matri non obstant, vt inquit Bart. in. l. his §. fina. ff. ad tertulia. & aliquo casu q̄q̄ dici posset quoddam extare fideicommissum in fauorem aduersæ partis, mater saltem eius hæres legitimam, & trebellianicam deducet, & sic dimidiam hæreditatis iuxta notata. i. c. Raynaldus, & in. c. Raynutius. de testa. in. l. quanq̄. C. ad. l. falcidiam. in quibus non imputantur percepti fructus. l. iubemus. C. ad trebellia. & ponderata quantitate ipsius legitimæ ac trebellianicæ, immo etiam solius legitimæ, vt in facto præsupponitur decepta ipsa fuit enormiter, quod etiam sufficit non probato dolo vero, probato autem dolo vero, quia aduersa pars suasionibus asseuerationibusq; falsis dominam Leonoram
6 decepit, vt facillime probari posse fertur. * Absolutio tunc cōcedenda foret etiam propter læsionem minimam, iura etenim prohibent iuramentum quenq̄ obligare, quando Recipiens illud callide, & dolo versatur. d. c. quamuis. de pact. in. vi. c. si vero. el. i. de iureiuran.

7 * Minusq; obstat transactionis, seu renunciationis clausula, qua exceptioni enormis, & enormissimæ deceptionis renunciatur, quia non præsumitur apposita do-

nandi animo neq; scienter, sed potius ex consuetudine notariorum, vel etiam quia confidebat, aut fiduciam ostendebat erga aduersam partem, vt optime declarat Abb. in c. cum contingat. in xxii. col. de iureiur. & alii de quibus ibi per eum quos breuitatis causa prætermitto.

Laus deo omnipotenti.
Finis.

1 Prohibitio alienationis bonorum quis nuda non valeat, si tamen causa aliqua vestiatur valet.
2 Prohibitio alienationis extra familiam, extenditur etiam ad alienationem faciendam in testamento, vel qualibet vltima voluntate.
3 Verba multum generalia excludunt omnem restrictionem, quæ alias admitteretur.
4 Testator substituens illos de familia, & agnatione censetur masculos de familia non vero fœminas substituisse.
5 Testator disponens, vt bona sua maneant in familia videtur tantum lineam masculinam considerasse et masculorum appellatione non veniunt tunc fœminæ.
6 Masculinum quando per extensionem fœmininum comprehendat.
7 Agnatio & familia per masculos non etiam per fœminas conseruatur.
8 Filia nupta nihilominus de familia, & agnatione patris sui permanet.
9 Testator prohibens alienationem fieri extra familiam, non censetur alienationem prohibere quo minus in fœminas de agnatione fiat, & id quando verum sit.
10 Prohibitio facta ne alienetur extra familiam inducit fideicommissum, si contra fiat.

Respon. XXXV.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



Ater duobus filiis masculis hæredibus institutis inuicemq; vulgariter & per fideicommissum substitutis Testamento suo ita cauit prohibeo atq; veto hæredibus meis omnem & quæcunq; venditionem & alienationem bonorum meorum & iuriumq, uam fieri nolo modo aliquo nisi inter illos de familia & agnatione mea pro conseruando familiam &c. Filiorum institutorum alter mortuo patre postea decedens vnicam sibi filiam hęredem instituit eidemq; generum substituit in bonis huiusmodi paternis, iure id an fiat quæritur, pro cuius quęstionis decisione conclusiones sicuti dubietas hæc exposcit verissimas ponam.

1 ❧ Prohibitio Alienationis bonorum & si nuda non valeat valere tamen visa est cum a causa aliqua vestitur, vt in casu nostro facta fuit agnationis scilicet conseruandæ. l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de lega. i. & ibi notatur per doctores & glo. in verbo causam, est tex. in. l. cum pater. § libertis. & in. l. peto § fratre. ff. de lega. ii.

2 ❧ Conclusio alia erit per hanc prohibitionem de non alienando extra familiam cō prehenditur etiam alienatio facienda per testamentum seu quamlibet aliam vltimam voluntatem, vbicunq; enim prohibita est alienatio non simpliciter sed limitate respectu personarum in quas alienatio fieri non debet, veluti ne extra familiam alienetur, tunc censetur prohibita alienatio etiam per testamentum vel vltimam voluntatem Bart. in. l. peto § fratre. ff. de lega. ii. per. l. codicillis § matre. eod. titulo. l. si quis

ita. §.

ita. §.ea.lege.ff.de ver.obli.notat Pau.Castr.in.l.filiusfamilias § cū pater.ff.de lega.i.
3 & Imol.ibidem. ✱ Quod ita facilius isto casu procedit vbi prohibitio est facta verbis multum generalibus, per illa verba omnem & quancunq; alienationem aliquo modo extra familiam fieri prohibeo verba huiusmodi, omnem restitutionem, quę alias forte admitteretur, excludunt.l.iulianus.ff.de lega.iii.l.pediculis § labeo.ff. de auro.& arg.lega. notatur in.l.i.ff.de leg.i.decidit. Corn.consi.ccxxxvii.lib.iiii.

Tertia est conclusio, q̄ hæc prohibitio habet etiam locum in alienatione per quam ipsa bona in testamento relinquuntur filiæ nuptæ, quod probatur per ea, quæ voluit.
4 Corn.consil.xli. in.i.&.ii.dubio.lib.iiii. ✱ Vbi inquit quando substituit testator illos de familia & agnatione creditur eo animo substituisse vt domum, & familiam conseruaret, quæ non seruatur per fœminas, idcirco voluisse videtur fratrem non filias substituere licet filia de domo, & agnatione patris sit, quoniam tamen non seruat ipsa familiam, eam substituisse non creditur, si illud ergo verum est vbi non expressit testator de conseruatione agnationis, multo magis in casu nostro id verius erit in
5 quo expresse, & nominatim familiæ conseruationem pro causa edixit. ✱ Confirmatur istud quando disponens præmeditatus est illam rationem, vt bona remaneāt in familia, videtur considerasse tantum lineam masculinam, Adeo vt agnatorum appellatione agnatæ fœminæ non comprehendantur, quod eleganter Decius Respondit cōsil.xiii.col.i.&.ii.versic.comprobatur hoc &c.lib.i. citat ibi ad hoc Ioannem de Anania consil.iiii. Præterea animaduerto non prohibuisse testatorem simpliciter alienationem iubendo non posse eam fieri extra familiam, sed vetuit eam nō fieri nisi in illos de familia sua, itaq; vsus est masculino nomine illos &c. longa quippe statuit differentia vtrum mentio fiat familiæ an vero illorū de familia. Nam licet verbum familia etiam fœminis conueniat, verbum tamen illi, vel illos de familia, mas
6 sculos proprie tantum complectitur, non sic fœminas. ✱ Et si alias dicatur masculinum saltem per extensionem fœmininum cōcipere illud procedit in materia in differenti, & in qua eadem inest ratio in masculis, & fœminis, hic autem materia valde
7 differt. ✱ Quia diuersa est ratio in conseruanda testatoris familia, quæ propter masculos duntaxat non etiam per fœminas perpetuatur.l. pronunciatio. in fine.ff.de verb.significa. Ideo in proposito casu verbum masculini generis ad fœminas haud perduecmus, vt per Ioan. de Anania in.d. consil.iiii. & q̄ in materia, & dissimili, & differenti masculinum non comprehendat fœmininum notat Barto.in.l.i.ff.de verborum.significa. & in.l.i.in fine princip.ff. de pecul. & in.l.si quis in tantam.C.vnde vi.sequuntur moderni.in.l.si quis id quod.ff. de iuris.om.iudi. Bal.in.l.i.col.fin.& in.l. fina.C. qui admitti. & in.l. seruus. C. commu. de lega. Sequuntur moderni in dicta.l. si quis id quod. Sed materia perpetuandi familiam testatoris in fœminis, & filiabus dissimilis est ab ea, quæ in masculis de familia reperitur ergo &c.
8 ✱ Nec obstat quod filia etiam nupta de familia, & agnatione patris esse dicatur.l. voluntas. C. de fideicommis. & ibi notatur, & ex prædictis apparet.
9 ✱ Præterea & illud minime obstat testator si bona sua extra familiam distrahi vetet non, ideo videtur prohibuisse alienationem hanc in fœminas de agnatio

ne fieri per notata. in dicta. l. Voluntas. C. de fideicomis. per Alexan. consil. lvi. lib i. consil. xxiii. lib. ii. & in consil. lv. lib. iii. per Cur. consil. lxiii. col. xvii. quandoquidem & illud procedere non ignorem si prohibitio facta fuerit absq; illa causa pro conseruatione scilicet familiæ, & agnationis testatoris &c. ut ex supra propositis copiose, & notabiliter suggeritur, & etiam cõfirmatur quia illa ratio pro conseruando familiam &c. Restringere debet generalitatem illius verbi familiam &c. ad illos de familia qui eam conseruant non etiam ad illas in quibus non perpetuatur sed finitur. l. cum pater. §. Dulcissimis. ff. de lega. ii.

10 Postremam afferro conclusionem. ❧ Per hanc prohibitionem fideicommissum induci vbi alienatio fiat contra prohibitionem testatoris vt notant. Bartol. Alexan. & Alii communiter in. l. qui Romæ. § coh æredes. ff. de verbor. obligat. Vnde in casu alienationis extra masculos de familia faciendæ & sic extra conseruantes familiam censentur ipsi per fideicommissum vocati vt supra & ordine successiuo. l. fi. C. de verb. signi. Ex prædictis sequitur alienationem, quam iste filius fecit filiam suam instituendo eiq; maritum eius & sibi generum substituendo contra prohibitionem testatoris patris factam esse, quapropter neq; vim, neq; effectum habere debet, sed ipsa alienatione non obstante masculi de familia testatoris proximiores in gradu possunt dicta bona virtute fideicommissi petere & consequi.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Tutor non conficiens legitime inuentarium de bonis puppilli vt suspectus remouetur.
2 Paria sunt non satisdare vel satisdare & non idonee.
3 Tutor expensas innanes & alimenta extraneis, quibus non tenetur puppillus dare, minime præstare debet.
4 Tutor quibus ex causis vt suspectus, a tutella remoueatur.
5 Tutor non potest sorori puppilli non coniunctæ ex latere patris dotem constituere.
6 Ouidii carmen, a, iuuene & cupido credatur reddita virgo.
7 Tutor ob eius malos more, a, tutella debet arceri.
8 Tutrix mater impudice viuens tutella filiorum priuatur.
9 Mulieri luxuriose viuenti bonorum suorum interdicitur administratio.
10 Tutor nedum rebus sed etiam personæ, dignitati, atq; moribus puppilli præponitur.
11 Anima cæteris rebus & vitæ corporali est anteponenda.
12 Tutor de suspecto accusatus illico ab administratione suspendi debet.
13 Tutor de suspecto accusatus ex causa, quæ infamiam irrogat & conuentus sit a' pupillo an remoueatur vel potius alter adiungi debeat.

Respon. XXXVI.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



1 Gitur quæstio an mater tutrix filiorum suorum vti suspecta, possit, a, tutella repelli, multa sunt profecto quæ nobis suadent hanc vti suspectam remouendam iudicare. ❧ Non enim inuentarium ipsa bonorum

rum

tum puppili legitime confecit quia in eo, quæ apponere debuerat minime inse/ ruit. l. Tutor qui repertorium. in princi. vbi Bartol. ff. de administ. tuto. l. iii §. tutores. ff. de suspect. tuto. l. fina. in fi. C. arbir. tute. Item quia non satisdedit quo/
2 circa remouetur. l. ii. C. de tuto. vel curato. qui satis non ded. ● Vel idem si satisdedit non tamen idonee cauit, pro non dato fideiussore habetur. l. quo/
3 tiens. ibi notat. ff. qui satisda. cogan. ● Præterea non ex fide, & diligenter pupil/ lorum bona administrat impensas plurimas inanes allendo extraneos quosdam fe/ cit, neq; adhuc monita destitit, ideo vti diligens materfamilias in pupillorum bonis administrandis (prout debet) se non gerit. iux. l. a tutoribus. ff. de admin. tut. neq; pu/ pillorum bona donare, seu iactare debet. l. tutor secundum dignitatem §. fina. & l. Lucius § fina. ff. de administ. tuto. Quare faciens hæc euidenter apparet iniquo pro/ posito, & maliuolo animo pupillorum tutelam gerere merito repellitur §. suspectus.
4 est autem. insti. de suspect. tuto. ● Nec mirum quia remouetur tutor etiam ob ani/ mi segnitiem, rusticitatem, inertiam, simplicitatem, inopiam, ineptiam, & culpam. l. tutor quoq; § ob animi. ff. de suspec. tuto. Nec obstat si diceretur tutricem hanc cō/ iunctis alimenta dare, & dona mittere posse. l. cum plures. §. cum tutor. l. tutor secundum dignitatem. §. fina. ff. de administra. tuto. ipsa nanq; iura loquuntur in coniunctis pupilli, quibus alimenta ipse pupillus debebat, vt est mater & soror.
5 ● Ideo non potest tutor seu tutrix constituere dotem sorori pupilli, quæ non sit coniuncta ex latere patris, quia donationem faceret cum ad hoc pupillus non teneatur, vt ibi habetur. sed isti sunt tales quibus pupillus alimenta non debet ergo &c. Similiter non obstat si dicatur, q immo potuit dare munera paren/ tibus pupilliq; cognatis. d. §. cum tutor. nam & si cognati pupillis huiusmodi ho/ mines sint, non tamen Iureconsultus ibi de alimentis loquitur, aut de muneribus, quæ per alimentorum præstationem fiunt, sed de solemnibus muneribus qualia hæc non sunt.

Debet præterea remoueri tanq̃ valde suspecta, quia permisit immo iussit, vt ipsius tutri cis frater pubes & quintodecimo anno nactus iaceret in lecto & dormiret cum soro ribus naturalibus dictoꝝ pupilloꝝ viri potentibus, Quæ & virgines nubilesq; erant
6 &c. Quod est & dictu & factu abhomminabile. ● Debuit ipsa quidem perfida tu/ trix non esse ignara eius quod apud Ouidium legitur & in communi populariq; omnium ore habetur. A iuuene & cupido credatur reddita virgo? ex quo fecit si/ mul eos iacere & concubere potest dici stuprum admisisse, vel cum eis comitti fe/ cisse, si quidem in processu manifeste apparet probatumq; est talem concubitum inter istos pluries fuisse dicitur probatus turpis concubitus secundum Bal. in. c. i. in prin. quibus. mo. feu. amittatur. col. penul. versic. quæro nunquid sit idem &c.
7 ● Propterea hæc impudica fœmina ob eius malos mores, a tuttella arceri debet. §. fina. insti. de suspec. tuto. l. suspectum. l. iii. §. nunc videamus. ff. eo. de suspec. tuto. in illis verbis si forte crassatus sit in tutella, aut sordide, aut perniciose quid
8 egerit in pupillum. ● Et Bar. inquit. l. si quis sub conditione. col. v. versic. quæ/ ro mulier &c. ff. de testamenta. tute. si mulier etiam mater impudice viuat tu/ tella priuetur. l. finali. C. quando. mul. tute. offi. fungi. potest. l. & mulieri. ff. de

9 cura.furio. • Vbi mulieri luxuriose viuenti bonorum suorum interdicitur admi-
nistratio, ergo multo magis filiorum, & pupillorum suorum est tex. in. l. i § fina. ff. de
suspect. tuto. ob facta nanq; tutoris atrocia nedum tutela priuatur, sed etiam graui-
ter plectitur, Quapropter factū huiusmodi in casu nostro atrox, sordidum, pernitio-
sumq; est ipsis pupillis, & contra bonos mores luxuriose, & inhoneste factū ergo &c.
Nouissime licet iura multas suspitionis & remotionis causas à tutela ponant atq; refe-
rant, tamen per eas non adstringitur iudex, sed ipse potest generaliter suo arbitrio
omnes considerare, & si quæ ipsi ex his videantur idoneæ poterit tutorem remouere
.l. tutor § præterea § si tutor. ff. de suspect. tuto. Sed quilibet bonus iudex has causas
10 suspitionis iustas esse animaduerteret igitur &c. • Et quoniam tutor non solū re-
bus, sed personæ etiam, moribus, & dignitati pupilli præponitur. l. cum plures § cum
tutor. ff. de administrati. tuto. Item tutor seu tutrix tenetur curare vitam corporalem
sororum pupilli. l. tuto. sedm dignitatē § fina. ff. de administ. tuto. p cōsequēs bonos
11 mores ēt curabit. • A fortiori & honorem, & animam earum, quæ cunctis præfertur
rebus. l. Sancimus. C. de sac. sanct. eccle. § si vero liberi in fine. in auc. vt cum de appel-
latione. cogno. Et præfertur vitæ corporali. c. præcipimus. xii. q. i. c. cum infirmitas.
in fine. de pœniten. & remis. sicut ideo non curat vitam, & animas sororum pupil-
li, ita ex fide tutelam non gerit immo in ea male versat, & sic remoueri debet. l. si plu
res § q̄uis, ff. de administr. tuto. itaq; fortius remouenda est, si non curauit de hono-
re, & bonis moribus.
12 • Aduertant maxime domini iudices illico, vt remoueant, aut suspendant eam a tali
administratione non expectato fine litis motę § si quis autem. insti. de suspect. tuto. l.
13 cum quem. C. eod. • Non obstat si opponatur q̄ hæc vltima causa famosa est, q̄a
continet cām doli, Quocirca non debet remoueri tutor, sed alius adiungi, q̄n tutor
ipse est persona coniuncta pupillo veluti quia mater est, & hoc ideo ne mater infamis
fiat. l. si tutor. ff. de suspect. tuto. Corn. consil. cxcviii. lib. i. Respondeo illud non ob-
stare in casu nostro, subsunt nanq; aliæ causæ non famosæ ex quibus potest remoue-
ri vt supra, immo si subesset duntaxat. d. vltima causa esset nihilominus E uestigio re-
pellenda, aut enim volumus dicere q̄ hæc causa vltima remotionis solum culpam
contineat, & tunc remouebitur, quia talis causa non infamat secundum Bart. & alios
ibi, aut intelligimus q̄ sit dolus, & tunc etiam remoueri debet ex quo est circa
rem non paruam, sed magnam vt supra secundum Bart. d. l. si tutor. vbi ita limitat il-
lum tex. Et ita communiter tenetur. Vnde non obstante dicta obiectione patet eam
omnino à tutela remouendam esse.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Verba conductoris domus, Promisit conductor non permittere domum conductā quouis mo-
do dirui, deuastari, vel deteriorari, suis dolo, culpa, negligentia, vel defectu, quam significa-
tionem habeant.

2 Conductor domus de incendio tenetur si eam reddere incorruptam promisit, dummodo fortui-
to casu id non accidat.

Conductor.

3 Conductor domus pro incendio tenetur si eius culpa factum sit incendium, & eius culpa quomodo probetur.
4 Conductor si domo vtatur ad vsum non destinatum in culpa esse dicitur.
5 Culpa præcedens casum ad quem est destinata facit, vt quis de casu fortuito teneatur.
6 Vicinus præsumitur facta vicini scire in his, quæ tractum successiuum habent.
7 Culpa est quid tempore incongruo facere, sicuti & loco incongruo si quid molitetur.
8 Conductor tenetur de incendio, & quocunq; fortuito casu, qñ aduersus locationis legem fecit.
9 Conductor minus iuris habet in re conducta, q̃ vsufructuarius in re, qua vtitur.
10 Conductor si probet se diligentem vel diligentissimum patremfamilias an excusetur quominus de incendio sit obligatus.

Respon. XXXVII.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.



VArie generaliter constitutum est an conductor domus ea combusta domino teneatur, vt per doctores in. l. si quis ex argentariis §. fina. ff. de æden. & in. l. domos. ff. de lega. i. Verum sunt aliqui indubitati casus quibus plusq̃ est manifestum teneri conductorem domus combustæ de incendio, itaq; vt hic conductor aduersarius, q in his casibus esse repetitur omnino teneatur domino vstæ domus argumentis pluribus probauerim.

Reor æquidem de leuissima culpa conductor si teneatur ꝙ p incendio quoq; domus obligatus erit, ex eo nanq; ꝙ de leuissima culpa tenetur domini intentio fundata, & probata est secundum doctores communiter maxime. Alex. in. d. l. si quis ex argen
1 tariis §. fina ff. de æden. Et in. l. domos. ff. de lega. i. ❧ At conductor iste in instrumento locationis promisit non permittere domum cõductam quonis modo dirui, deuastari, vel deteriorari, suis dolo, culpa, negligentia, vel defectu, & verba illa, dolo culpa comprehendunt culpam latam, & dolum, & leuem, non autem leuissimam. l. si seruus seruũ §. proculus. ff. ad. l. aqliam. & ibi notat Florianus, sed reliqua verba subsequentia. s. causa, negligentia, vel defectu, ne superflua sint necessario leuissimã culpã consistẽtem in faciendo, vt in illo verbo causa, item & in non faciendo, vt in illis verbis negligentia vel defectu, rectissime comprehẽdunt, merito tenetur &c.
2 ❧ Alio casu de incendio conductor domus tenetur, si domum accepit, vt incorruptam eam redderet, tunc enim domesticus quiuis ipsius eam combureret tenet̃ cõductor dummodo non fortuito id casu acciderit. l. qui insulam § fi. ff. locati. inquit inibi Iureconsultus si culpa leuissima incendium contigerit conductor tenet̃ quando non fortuito casu illud accidit, Cæterum in casu nostro obligauit sese conductor incorruptam domino reddere domum, quia promisit non sinere eam dirui, deuastari, seu deteriorari, & in fine locationis eam restituere in statu bono ergo &c. Præsertim quia non probatum fuit fortuito casu incendium factum.
3 ❧ Alio deniq; casu scimus conductorem pro domo incensa teneri quando illius culpa vsta domus esse apparet. l. si quis fundum. §. i. ff. loca. conductor autem iste culpam maximam in facto incendio adhibuit dum vsus est illa ad non destinatum vsum, stabulum in ea faciens, cum id minime ibi fieri solitum fuisset.

4 • Ideo conductor vtendo domo aliter quàm ad vsum destinata fuit in culpa esse
dicitur. l. vtiq; §. culpa. ff. de rei.uendica. Et ibi ad notat Bar. & hoc præcipue pro/
cedit verumq; est quoniam hæc culpa stabuli faciendi destinata erat ad casum incē/
dii neq; secutum incendium fuisset nisi ibi fuisset stabulum. in quo stramentum,
5 fœnum, ligna, & id genus incensibilia recondita conductor habebat. • Talis enim
culpa præcedens casum ad quem est destinata operatur, vt teneatur quis de casu. l.
si vt certo § sed interdum. vbi Bart. ff loca. atq; maiorem hanc culpam tanto magis
existimo qm̄ secūdum parietem confinem illius domus uicinus fornaculam quandā
habebat, quæ facillime potuit, & stabulum, & totam domum incēdio subiicere, neq;
6 dicatur conductorem huiusce fornaculæ ignarum fuisse. • Quandoquidem in his
quæ successiuum tractum habent præsumatur vicinus facta vicini scire Bar. in. l. i. ff. si
cer. pet. & Paul. Castren. ibi in fine. & quanto vicinior est tanto magis & melius cre/
ditur scire Abb. in. c. quosdam. de pręsump. ad ipsiusq; conductoris officium & soler
tiam pertinuit inquirere diligenter an locus in quo stabulum faciebat aptus, vel non
7 esset. • Sicut enim culpa adscribitur incongruo tempore aliquid facienti. l. qui oc/
cidit. § in hac. ff. ad. l. aquiliam. Ita & si fiat loco incongruo. glo. notabilis. in. l. vtiq; §.
culpa. ff. de reiuendica. tex. est in. l. qui petitorio § i. ff. eo. Vnde non debet admitti ex/
cusatio allegantis ignorantiam eius, quod præsumitur scire ratione vicinie, & q; tene
tur ex officio suo dilligēter perquirere vt notat Abbas in dicto capitulo. quosdā. de
præsumptionibus.
8 • Aequæ conductor tenetur de incendio & quolibet casu quantumcunq; fortui/
to si ipse aduersus locationis legem fecit. l. videamus §. si hoc, & §. fi. ff. loca. neq;
mirum est quia si sola mora præcedens casum facit quem de casu teneri etiam si ad
illum casum destinata non erat. l. si vt certo. §. sed interdum. vbi Bartol. ff. loca.
longe magis teneri debuit de casu quando contra legem contractus fecit, maius
nanq; delictum illud existimatur quod infaciendo est positum quàm in non fa/
ciendo sed iste conductor in legem locationis commisit faciendo stabulum in do/
mo quod ibi esse non consueuit, locus enim ille domus cœnaculo eiusdem do/
9 mus erat destinatus ergo &c. • Et dicimus conductorem minus iuris habe/
re. in re conducta quàm vsufructuarium in re qua fruitur, ideo non potest ea con/
ductor facere quæ vsufructuario denegantur, vt notat Florianus. in. l. æquissimum.
ff. de vsufructu. vbi inquit per illū tex. sicut vsufructuarius non potest in domo Bal/
neum, aut stupham facere, Ita etiam conductor non poterit. d. l. æquissimum. vsu/
fructuario duntaxat quod in domo in venerit excolere qualitate ædium non muta/
ta permittitur. d. l. æquissimum. versic. excolere enim &c. neq; potest re vti ad alium
vsum quàm fuerit à domino destinata. l. sed & si quid § i ff. de vsufruc. ibi si librariū
rus mittat & calum & calcem portare cogat, vel Hystrionem balneatorē faciat, vel
de Symphoniaco atriensem, vel de palestra stercorandis latrinis præponat abuti vi/
detur proprietate, igitur non potuit conductor iste qualitatem domus mutare con
uertendo partem domus de cœnaculo in stabulum & in alium vsum quàm à domi
no fuisset domus destinata, & ita in terminis censuit Florianus. d. l. æquissimum. per
illum tex. quam decisionem & probat & sequitur. Bar. Cepol. in tractatu seruitutū,

vrbanorum. cap. lxxiiii. in titulato de stabulo. non debuit itaq; iste conductor duplici iure in domo stabulum præter consuetudinem domus facere, cum lex ciuilis id manifeste prohibeat vt supra, tum quia interlocatorem & conductorem sic cautum esse, ne stabulum fieret, intelligitur, ea enim quæ ex natura contractus insunt pro cautis & expressis habentur. l. cum quid. ff. si cer. peta. cum similibus merito conductor iste de casu etiam fortuito pro incendio tenetur per superius dicta.

10 Neq; sententiæ huic nostræ oberit si probaret conductor se patremfamilias diligentem cum enim de leuissima culpa teneatur & etiam de casu fortuito opporteret probasse dilligentissimum se esse vt præsumptionem leuissimæ culpæ aboleret quinimmo nec ei prodesset dilligentissimum se probare cum etiam teneatur de mero casu fortuito nulla interueniente culpa etiam leuissima in igne accedendo vt supra, Alia etiam ratione nõ sufficit probasse dilligentem vel dilligentissimum se esse illa etenim probatio iuuat contra præsumptionem culpæ leuis vel leuissimæ, non autem vbi clare constat de culpa conductoris vel in igne immitendo, vel saltem infaciẽdo contra legem conductionis, aut vtendo re ad vsum non destinatum, quia tunc præsumptioni non est locus neq; coniecturę cuiq̃ contra verã & clarã probationem l. Ille aut ille §. cum in verbis. ff. de lega. iii. cum concordant Ex prędictis quoq; patet non obstare si vellet conductor se defendere allegando incertum esse quis ignem immiserit vel cuius culpa factum sit iuxta notata per Ioan. de Ana. in consil. lxxi. inci. visis &c. Alexan. consil. l. lib. i. & consil. lxxiiii. versiculo consirmo &c. lib. vi. in casu nanq; isto de conductoris culpa constat & de eius multiplici contrauentione, quæ etiam si non fuisset ad incendium apta & ordinata facerent tamen eum de incendio teneri vt supra, igitur multo magis vbi sua contrauentio id est stabulum factum erat congrua & ordinata ad incendium, vt in casu nostro: Præterea vbi conductor de culpa etiam leuissima vel de casu tenetur non opportet probare cuius id culpa acciderit, eo nanq; ipso q̧ commissum esse constat incẽdium locatoris intentio est fundata, vt dixi supra in primo casu, sed iste conductor de culpa etiam leuissima immo & de casu fortuito tenetur ergo &c.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

1 Testamentum natiuitate filij præteriti rumpitur saltem quoad hæredis institutionem.
2 Dictum vel dispositum in genere verisimilis mens contraria elidit.
3 Ademptio legatorum non ideirco facta intelligitur, quia superuixerit testator, atq; illa expresse adimere potuerit, neq; ademerit.
4 Codicillaris clausula fideicommissum inducit etiam in persona filij præteriti.
5 Testator, qui filios gignere potest, præsumitur de filiis nasciturís cogitasse.
6 Testator per clausulam codicillarem positam in testamento non solum in genere, sed etiam in specie de posthumo filio creditur cogitasse.
7 Fideicommissum inductum per clausulam codicillarem absq; contradictione procedit etiam in persona filij posthumi præteriti quando testator filio nato tantum superuixit, vt potuerit filiũ onere fideicommissi liberare, & non liberauit.
8 Donatio reuocata natiuitate filiorum, illis postea defunctis an conualescat & quando.

Respon. XXXVIII.

Redemptoris nostri humiliter implorato suffragio.

NOn habens testator filios amicum sibi quendam testamento hæredem fecit
codicillarem adiiciens clausulam in hæc verba videlicet, hanc suam vltimã
voluntatem iure testamenti valere testator voluit, & si non valeret, aut va-
lere non posset iure testamenti, voluit saltem valere iure codicillorum, vel alterius
cuiuscunq; vltimæ voluntatis, vt melius, ac vallidius de iure valere potest, & poterit,
condito itaq; huiusmodi testamento ex vxore filium suscepit, & biennio demũ ela-
1 pso moritur idẽ testator, postq; illũ & filius. Et qm̃ certũ est natiuitate posthumi
præteriti, idest filii post testm̃ cõditũ nati illud rũpi testm̃ quo ad institionem hæredis. l.
l. posthumus. in princi. ff. de iniusto. rup. irri. testa. § posthumi. insti. de exhæreda. li-
be. l. si filiusfamilias. in princ. ff. de militari. testa. compertum itidem habemus non
saluam fore huius testamenti institutionem per. auct. ex causa. C. de libe. præte. & in
corpore vnde sumitur, Sed difficultas maxima oritur num testatoris bona possit hæ-
res scriptus iure saltem fideicommissi per clausulam codicillarem in testamento ad
scriptam relicti habere quæat, cuius clausulæ natura illa est, vt succedẽtes in hæredita-
te rogati videantur de hæreditate restituenda hæredi scripto in testamento rupto.
Bar. in. l. i. ff. de iure codi. idem in auct. ex causa. C. de libe. præte. in fine. Paul. Castrẽ.
consil. lviii. col. fina. versic. concluditur ergo &c. doct. omnes in. l. posthumus in fine
ff. de iniusto. rupto. irritoq;. testa. & doctores in dictis locis tenent hoc procedere si
etiam filius ille esset qui grauatus videretur fideicommisso per. d. clausulam.

In primis dici posse, & probabiliter quidẽ videtur hæredem hunc scriptum propter il-
lam codicillarem clausulam ad hæc bona non ideo admittendum, clausula nãq; co-
dicillaris huiusmodi fideicommissum continet si non ignorabat testator se filium
habere, aut sciebat prægnantem vxorem esse, tamen quando non habebat filium,
neq; prægnans vxor erat, vel nesciebat se filium habere, aut de proximo habiturum
eo casu talis clausula non videtur fideicommissum continere, quo filius, vel posthu-
mus fideicommisso grauetur secundum Bar. in. l. i. in. vi. q. ff. de iu. codi. & in consil.
ccxxxv. incipi. lapus fecit testamentũ &c. per. l. si vnq̃. C. de reuocan. donat. & per. l. si
cum vel in vtero. C. de mili. testa. l. qui. ff. eodem. de mili. testa. & l. ex facto in fine
principii. ff. de vulga. & pupil. l. penul. in fi. ff. de iu. codicil. Bal. in. l. si totas. C. de reuo
can. dona. & in. l. si. ff. de codicil. in. l. qui filiabus in prin. ff. de lega. i. Angel. in. l. idem
erit. ff. de mili. testa. & in. l. i. ff. de iur. codicil. multiq; aliĩ id tennerunt quos habes re-
latos per Alex. in auct. ex causa. col. x. versic. iuxta hoc est videndum &c. C. de libe.
præte. liceteq; Alexand. ibi opinionem hanc non approbet, tenuit eam tamen idem
Alexan. consil. xli. col. fina. lib. i. Franciscus Areti. consil. xxiiii. incipi. quattuor dubia
&c. & in consil. xcii. incipiente, viso legato &c. in. ii. dubio. col. iii. cum tribus consil. se-
quentibus, & in consil. vltimo, vbi hoc latissime probat. Quam opinionem opti-
ma ratione probarem, aut volumus dicere per illa verba testamenti, si non valet

vel valere non poterit &c. intelligatur facta expressa mentio de casu, quo testamentum præteritione filii, vel posthumi ignorati a testatore rumpatur. & hoc dici vere non potest cum possit aliter contingere, vt testamentum etiam postea non valeat, q̄ per natiuitatem ignorati posthumi & præteriti, veluti mortuo hærede ante testatorem, vel repudiata hæreditate, aut hærede moriente ante illum additam, aut si postea ex delicto suo intestabilis fiat, aut volumus dicere saltem in genere de hoc casu
2 cogitauit, & disposuit testator, & hoc etiam iuste non possumus fateri. * Quandoquidem non sufficiat aliquid in genere dictum esse, vel dispositum vbi est verisimilis mens in contrarium. l. obligatione generali. ff. de pignoribus. l. ex facto. in fine princi. ff. de vulga. & pupilla. & aliis iuribus per Aretinum allegatis vt supra, at verisimile non est testatorem voluisse filium ignoranter præteritum fideicommisso vniuersali onerare. l. penulti. in fine. ff. de iure. codicil. ergo &c. Et hanc opinionem in effectu tenet etiam Aretinus. in. l. Titius. in princip. ff. de liberis & posthumis. col. antepenulti. vsq; in finem, & Ias. in. d. auct. ex causa col. penult. versic. Ego autem puto &c. C. de lib. præte.

Quod autem dictus hæres scriptus admitti non debeat arguendo temotiue sic probatur, licet testator post natiuitatem filii multis annis vixerit, neq; testamentum mutauerit, quod scilicet mutare potuisset commodissime, quo ad fideicommissum relictum per illam clausulam codicillarem, per hoc tamen non infertur voluisse per dictam clausulam condicillarem fideicommissum fieri magis q̄ si eius filio non superuixisset tanto tempore, quo potuerit animum suum declarare, illud enim φ superuixerit, potueritq; animum suum declarare, & non declarauerit, non videtur attendendum esse. l. filio. §. Seya. & ibi. Barto. ff. de adimendis. lega.
3 * Vbi tacita ademptio legatorum ob id non reuocatur, quia multum superuixerit testator, ac potuerit expresse adimere, neq; ademerit, & idem in his terminis consuluit. Aretin. consil. xciii. incipi. viso legato &c. col. iii. versic. nec potest tolerare &c. & idem in consil. vltimo. col. ii. & iii. versic. circa secundum sicut alias dixi. &c. Et idem Aretin. in. l. Titius. in princ. col. fina. versic. Vbi etiam dixi notabiliter &c. ff. de liber. & posthu. & Angel. consil. xix. & in consil. l. idem tenuit.
4 * Hæc veruntamen non adeo aduersus hæredem hunc scriptum vrgere existimo quin dicta bona iure fideicommissi per clausulam codicillarem relicti à posthumo filio petere possit, & q̄q̄ Aliqui tenuerint opinionē de qua in argumento priore cōtrariæ partis, tamen in contrarium communis sententia procliuior est, φ scilicet hæc codicillaris clausula fideicommissum inducat etiam rupto testamento filii præteritione, vel natiuitate posthumi ignoranter præteriti sic tenuit Bar. sibi contrarius in. l. qui filiabus. in principio. ff. de lega. i. quem ponderant & sequuntur. Imola. & Alex. ibi. ita tenent doctores communiter in auct. ex causa. C. de liber. præteritis. maxime Bald. Angel. Sali. Fulgo. Franciscus. de Rampo. & Alex. ibi col. x. xi. xii. &. xiii. & Corn. ibi col. xi. xii. versiculo sexto fallit &c. & Abb. in consil. lvii. incipiente, q̄q̄ multa scripta fuerint &c. & in consilio. lviii. incipiente, clarum est testamentum prædictum &c. idē tenet Alex. consilio. cxxiii. col. penul. versic. vel etiam dato &c. lib. i. & in consilio

cxlii.lib.ii.& in consilio.xxx.& in consilio.ciii.lib.iii.& late in consilio.l. versiculo.iii.
potest responderi &c.lib. vi. opinionem hanc tenuit referens idem tenuisse Bald.
& Sali.in.l.filius.C.de codicillis.idem quoq; tenet Imola in.l.filio praeterito.col.xiii.
xiiii.&.xv.versicu. sed dubium est quid de posthumo.ff.de iniust.rup.iritoq;.testa.
vbi etiam refert idem tenere Franciscum de Rampo praeceptorem suum, idem vo
luit Pau.Castrensis.consilio.lviii.& in consilio.lix. vbi etiam refert sic Baldum opi
natum esse.in.l.fina.C.de iure.codicillo.& hoc sequitur Angel.de Perusio consilio.
xcix.incipi.Petrus de vrbe veteri &c.vbi inquit se ita alias consuluisse late,& ita iudi
catum fuisse de consilio quasi omnium doctorum tunc perusii existentium. Corne.
quoq; sententiam hanc non improbat,sed eam sequitur consilio.cxxxiii.col.iii. versi
culo.ideo institutio &c. lib. iii. referens praeceptorem suum. D. Ioannem de monte
spello idem tenuisse,& omnes doctores nedum hanc opinionē tenentes sed etiam
parti contrariae inhęrentes fatentur hanc opinionem esse communem,quā summa
ratione confirmo,clausula nanq; ista codicillaris quum posita sit generaliter, & sim
pliciter,debet generaliter & simpliciter intelligi non distinguendo an testamentum
valeat ob praeteritionem posthumi ignoranter factam,an vero ob aliam causam.l.i.
§.& generaliter.ff.de lega. pręstan.cum concordantibus allegatis ibi per glosam.l.si.
§ homines ff.vi bon.rap.l.item apud § generaliter.ff.de iniuri.

Non obstant in cōtrarium adducta quoniam ex dictis doctorum quos supra memini
mus,respondetur ad omnia pręterq̄ ad rationem Aretini.de verisimili proxime rela
5 tam,cui ipse vltra doctores omnes occurro negando istam verisimilitudinem. Ex
eo nāq; quod est possibile testatorem habere filios,pręsumitur ipsum cogitasse illos
se habere posse,immo naturale votum vnunquenq; ad hoc trahit vt Corn.declarat.
in dicta.auct.ex causa.col.xi.versiculo.& aduerte &c.C.de libe.praete. & Aretinus in
l.qui filiabus.in fine principii. ff.de lega.i.Allegans.l.qui iure militari.ff.de milita. te
stam.Bald.in.l.sicut certi.& in.l.sicum vel in vtero.C.de milita.testa.igitur cū posthu
mum iniuria praeteritionis testator affecerit, quem cogitabat se habere posse,multo
etiam magis voluit eum sub onere fideicommissi cōtineri relicti per.d. clausulam co
dicillarem,& posthumus speciali mentione & nota dignus erat,quandoquidem prae
teritus testamentum rumpat ideo praeteriri non debuit, & quia praeteritus fuit ne
glexisse cum testator creditur.l.item apud labeonem § hoc ędictum.ff.de iniu
riis.merito cessat allegata verisimilitudo in contrarium,quia verisimile cessat vbi de
contrario appatet.l.continuus § i.ff. de verb.obliga.l. ille aut ille §.cum in verbis.ff.
de lega.iii.quando pater filium posthumum praeterit siue ignoranter aut scienter prae
tereat regulariter testamentum non est nullum quia praesumatur eo casu noluisse pa
trem testari immo censetur tunc testari voluisse quāuis natiuitate posthumi rumpa
tur,lex enim iniuriam passo filio subuenit,ideirco voluntas testatoris eo casu eum ad
sit legata eo in testamento confirmantur,& testamentum omne confirmari potest
vt singulariter notat Bald.in.l.si cum vel in vtero.C.de mili.testa.patet igitur q̃ testa
tor apponens illam clausulam,si non valet vel valebit iure testamenti &c.voluit ean
dem clausulam locum habere in casu natiuitatis posthumi, Praedicta magis inuale

scunt,omnes nanq; hii,qui tenuerunt contra communem sententiam fatentur si pa ter cogitasset de posthumo in specie haberet locum codicillaris clausula etiam na to posthumo,quem præterierat pater,aiunt quidem illi hunc ideo casum non com prehendi,quoniam testator in genere tantum de posthumo cogitauit,non autem in
6 specie. ● Sed ipse credo hunc casum nati posthumi non contineri solum quod de posthumo in genere testator cogitauerit vt supra dixi, sed etiam quia de ipso in spe cie meditatus est,nam inquit testator testamentum suum si non valet aut valere non potuerit iure testamenti,codicillorum iure saltem valeat &c.per illa verba constat in specie de casu,quo testamentum initio validum expost natiuitate posthumi rum peretur testatorem putasse,quãquã sint alii casus quibus expost rumpi testamentum potest vt hærede mortuo ante testatorem,vel mortuo ante aditam hæreditatem,vel effecto incapace propter sui delictum,vt Aretinus aiebat,verisimilius tamen est testa torem de natiuitate posthumi, quæ est boni euentus,magis q̃ de aliis casibus prædi ctis, qui sunt aduersæ fortunæ euentus cogitasse iuxta ea, quæ traduntur in. l. in ter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obligationib. Præterea considerandum est illud verbum si non valeret &c. comprehendit casum,quo non valeret de præsen ti,item casum,quo non valeret de futuro secundum Barto. in.l.i.in. vii.q.ff. de ius re. codicil. vnde illa verba addita,vel valere non posset &c. restringunt atq; limitant verba præcedentia illa, non valeret &c. vt intelligantur, quando non valeret de præsenti,vel de futuro,tamen valere posset,& sic verbum non valeret,dum compre hendit casum futurum,loquitur quando non valebit,tamen valere poterit, verbum autem,vel valere non poterit &c. comprehendit casum,quo non valebit nec valere poterit, vnde ista verba non valeret. comprehendunt in specie casum quo posthu mus nasceretur,quo casu testamẽtũ nõ valebit, tamen valere poterit puta de iure præ torio mortuo posthumo vt supra,quod secus est in aliis dictis casibus,in quibus non valebit, neq; valere poterit propter mortem vel damnationem ob delictum, qua stante reputatur impossibilis restitutio pendens à voluntate extraordinaria Principis iuxta ea, quæ habent in. l. apud Iulianum. §. constat. ff. de lega.i.

Deinde principaliter hanc opinionem sequor, quia post testamentum factum natus est posthumus viuo testatore, & superuiuente post natiuitatem filii duos annos, neq; mutante testamentum in generalitate.d.clausulæ codicillaris,cum posset id fa cere, ideo ex hoc manifeste apparet, quod voluit persistere in sua generali di spositione non obstante filii existentia,Præterea posito etiam sine veri præscriptione. quod vera non esset opinio communis, quam supra tenui in primo argumento,
7 sed q; opinio contraria verior esset. ● Communis tamen sententia saluatur ab his,qui contra eam tenuerunt, vt procedat scilicet hoc casu quando posthumus est natus viuo testatore & superuiuente tantum, quantum potuit declarare mentem suam,& dicere posthumum nolle esse grauatum, & non declarauit,tunc profecto dicunt doctores posthumum comprehendi sub generali fideicommisso, vel gra uamine ex quo testator, qui potuit illum eximere ab ea generalitate,non exemit

secundum Paulum Castren. in.l.ii. C. de posthu. hæredib. instituen. & in dicto consil. xviii. & . lix. Iacobus de beluisio in disputatione, quam ponit in.l. iii. C. de lib. præter. Alexan. in dicto consilio. cxlii. lib.ii.& in consilio.ciii. col.ii. versic. & hoc primo tenuit &c. lib.iii.Corn.in. d. consi. cxxxiii.col. iii. versic. item concurrit &c.lib.iii.quæ conclusio probatur per ea,quæ habentur in.l.atlethæ.§. dat remissionem.ff.de excu.tuto.& in.l.tractabatur.cum.l.sequen.ff. de testa:mili.ad quod etiam

8 facit,quod censuit Bald.in.l.i.col.fi.C.de inofi.dona. Vbi ait licet alias dicatur donationem reuocatam natiuitate filiorum non conualescere etiam filiis illis mortuis, tamen hoc procedit nisi pater donans post mortem filiorum tãto tempore superuixerit,quanto potuisset prouidere & non prospexit,quam doctrinam probat & sequitur Paul.Castren.in.l ii.col.fina.C.de posthum. hære. instituen.& licet Areti.adducat contra hæc aliqua iura ad probandum non debere attendi ꝙ testator potuerit prouidere & non prouiderit,tamen ipsemet Aretinus in.d.consi.fi.fatetur ꝙ immo attẽdatur vt cesset prouisio fundata in specialitate, & hoc non posset ipse negare per textum.in.d.l.tractabatur. cum concordantib. sed doctores tenentes contra communem sententiam dum volunt generalitatem clausulæ codicillaris restringi vt non comprehendat casum, quo filii præteriti nascerentur fundat se in specialitate amoris erga filios presumpti,igitur talis restrictio vel non est cõmunis nec vera,vt supra vberrime ostẽdi,vel saltem est fundata in specialitate vt dixi ideo cessare debet ex quo testator potuit postea prouidere & non prouidit,sicut in simili reuocatio donationis fundata in specialitate amoris filiorum præsumpti cessat si pater donans mortuis filiis superuixit,adeo vt reuocare potuerit & non reuocauit.

Laus Deo omnipotenti.

Finis.

S.